


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


69
25

Gh 69.25.

SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE

BOUGHT WITH
THE GIFT OF
WILLIAM GRAY,
OF BOSTON, MASS.
(Class of 1829).

Jan. 1, 1861.



HYPERIDIS

ORATIONES DUAE

EX

PAPYRO ARDENIANO

EDITAE.

POST CH. BABINGTONEM

EMENDAVIT ET SCHOLIA ADIECIT

Friedrich Wilhelm

F. G. SCHNEIDEWIN.

GOTTINGAE,

IN LIBRARIA DIETERICHIANA.

MDCCCLIII.

LONDINI,
WILLIAMS ET NORGATE.

PARISIIS,
FR. KLINCKSIECK.

G.1.6925 — 1861, Jan. 1.
Gray Fund.
.67

IOSEPHO ARDENIO
LONDINENSI

CHURCHILLO BABINGTONI
CANTABRIGIENSI

VIRIS CLARISSIMIS

GRATO ANIMO

D. D. D.

EDITOR GOTTINGENSIS.

PRAEFATIO.

Nunquam putaram nostra aetate integram aliquam orationem Hyperidis repertum iri, nedum memet editorem fore repertae. Legeram sane alicubi abhinc aliquot annos de advecto ex superiore Aegypto in Britanniam papyro altero, qui et ipse Hyperidea contineret, similis eius, ex quo anno MDCCCXLVIII orationis contra Demosthenem laciniae editae sunt. Sed is rumor memoria mea paene exciderat. Nec mirum, cum oratorum Atticorum provincia, quorum ego frequenti quidem illo et vetusto, sed hospitio tamen fruor, aliorum potius sit doctorum hominum, ego autem in scenicorum potissimum poetarum studium me penitus immerserim. Ecce vero, in aliis omnibus defixo mihi ineunte mense Martio huius anni superveniunt litterae Cantabrigienses, plenae officii et humanitatis, velle virum doctum nescio qua animi sui in me propensione exemplum iam tum paene ad umbilicum adductae editionis duarum orationum Hyperidis ex papyro erutarum mihi dono mittere: id qua via commode fieret quaerebat. Tum vero exultans laetitia, cum famam illam incertis auctoribus vulgatam non falsam fuisse comperiebam, illico humanissimo insperati muneris auctori praeter gra-

tiarum actionem significabam acceptissimum mihi fore, si opus suum, cuius singulari cupidine cognoscendi ardebam, recta via et per tabellarium publicum transmittere vellet quantocius: addebam, hoc facto posse me de recenti illo graecarum litterarum incremento in diariis litterariis nostris referre per otium feriarum quae instabant. Id lubenter me recipere facturum.

Nec irritae preces fuerunt. Nam cum sub finem mensis Martii ab amicis, quos inviseram, Brunopolitanis in hanc urbem redissem, offerebatur pars tamen libri desideratissimi, sed ea potior et qua sitim meam ad tempus restinguerem: tabulae lithographae insigni arte factae nuper admodum in manus meas venerunt, cum specimen typographicum folii quarti emendabam, munificentia Ios. Ardenii, viri clarissimi. Ego vero avide resignato volumine opinione maiorem animo percepi voluptatem: primum raptim legi, vel dicam devoravi, insigniter captus his recentibus deliciis; crescebat gaudium, non minuebatur, quotiescunque revolvebam, gratulabarque et Ardenio, qui thesaurum ab interitu retraxit liberalique animo communi utilitati non invidit, et Ch. Babingtoni, cui contigit illius εὕρημα suis curis exornatum in dias luminis auras vindicare. Deleniebat autem simplex et nativa elegantia sermonis, in argumentando refellendoque vel acumen vel astutia, perspicuae et dulcis lumina narrationis et eius distinctae rerum antea non cognitarum iucundissima ubertate. Laetitiam augebat praeter novitatem libri prorsus singularis optimorum

virorum, quos nullo unquam meo beneficio provocassem, erga me benignitas. Quae omnia fecerunt, ut ex longo tempore nullum diem laetiorem mihi videar egisse, quam eum quo praeclarum hoc Attici eloquii exemplum in manus sumere et plenis haustibus combibere licuit. Sciunt qui illo die — is festi paschalis primus fuit — forte me convenerunt in opiparis dapibus luxuriantem, Herm. Lotzius, familiaris meus et γείτων ὁμότοιχος, atque B. L. Gildersleevius, Americanus, — cuius ego post discessum pari cum desiderio memini atque G. M. Lanii, civis sui, virorum iuvenum et candore animi praecellentium et ad ornandas in illo orbe litteras antiquitatis natorum. —

Esto profecto, viderit hoc saeculum, quae est eius ab hac parte singularis felicitas, haud pauca Graecorum Romanorumque scriptorum opera, quae in aeternum sepulta credebantur: pauca redierunt in lucem, quae cum vi et iucunditate argumenti hanc sermonis sanitatem, hanc artem compositionis coniunctam haberent. Vere affirmare possum, id quod nunc suus quemque usus docebit, post Tullianos de Rep. libros nihil prorsus ex libris manu scriptis prodisse, quod cum hoc orationum pari possit contendere. Nam reliqui libri vetusti, qui ex claustris bibliothecarum nuper demum emissi sunt, plerique vel aetatem non attingunt priorem et quam classicam nuncupamus; vel ad eos pertinent auctores, quorum alia tamen supererant documenta ingenii; vel a pristina specie delapsi perexiguum ambitum habent;

vel denique — quae maior pars est — ab argumento commendantur solo, non a venustate formae, utpote ad docendum duntaxat facti, non ut et prosint et delectent. Laudatissimi autem olim oratoris opera cum temporum iniuria intercepta essent — pessime enim ex decem oratoribus actum uno cum Hyperide est —, papyri autem Harrisiani frustula quasdam quasi guttulas ex oceano aspersissent: nunc Ardeniani libri beneficio altera oratio, quae ne nomine quidem nota erat, paene salva, alterius bona pars perniciem evaserunt. Venerunt autem unde nemo ne per somnium quidem expectarat, ex sepulcro; ut Hyperiden revixisse aliqua parte sui et ab inferis resuscitatum esse iure merito dixeris. Denique codex ipse venerandae vetustatis — bis mille annos ei tribuunt —, quem discerptum et magna ex parte mutilatum esse gravissime dolemus, verba paene talia custodivisse videtur, qualia de Hyperidis manu exierant. Tametsi interdum librario aliquid humani accidit: quo minus religioni ducere oportebat editorem pro re nutus papyri posthabere rationi.

Qui se his reliquiis editorem obtulit vir reverendus, *Churchill Babington*, munus suum summa cum fide executus est. Sollerter ductus litterarum enucleavit, lacera reconcinnavit, corrupta restituit, in locis desperatis ita non parcens labori, ut omnem lapidem moverit nec in exquirendo vero defetigatus papyrum ipsum identidem consuluerit, postremo vel instrumenta artis adhibuerit ad intendendam aciem oculorum. Ita non raro vel divinando assecutus est vel

patientia laboris reprehendit verba oratoris; si minus ipsa verba, at mentem tamen exploravit. Idem praeter luculentum prooemium addidit annotationes patrio sermone conceptas, in quibus multa docte illustravit iudicioque, si a paucis locis discesseris, usus est recto et sano. Verum — et quis id mirabitur in editore principe eius libri, cuius litterae singulae apicesque litterarum saepe evanescentes ex papyro expiscandi fuerunt eoque interdum male habito? — primo statim contutu in certis locis etiamtum aegris et obhaerescebam et medicina ultro succurrebat: deinde quo curiosius repetens singula rimabar, eo plus nascebatur dubitationis de locis qui non viderentur ad integritatem revocati esse haud paucis, intelligebamque plura quam ab initio credideram agenda et in verbis reficiendis et in explanatione orationum restare successoribus. Quanquam multum praestitit Babingto et quae ab editore principe postulari vel ab iniquis censoribus possint. Messem fecit ille, spicas legere reliquit aliis.

Id ut ego potissimum strenue conarer facere plures me et graves caussae impulerunt. Nam praeterquam quod cernebam, studio meo si minus omnia perfici, certe aliquantum profici posse, veniebat in mentem, Cantabrigiensium exemplarium splendorem impedimento fore, quo minus in multorum ex nostratibus Hyperiden de facie cognoscere quamprimum gestientium manus pervenirent, utpote viventium, quae sors solet esse philologorum, in curta supellectili. Quidni ergo ego, cui fors fortuna in Ger-

mania primo obtulisset illustrem librum, minus nummatis hominibus destinatam editionem pararem, quae praeter bona principis editionis etiam peculiaris aliquid haberet dotis? Immo non per inertiam refugiendus labor videbatur nec committendum, ut clausis thesauris incubarem τῶν συμφιλολογούντων et συγχαιρησόντων incuriosus. Adde quod iuvabat parumper a consuetorum perpetuitate studiorum sevocare animum et aliorsum cum fructu traducere, cum praesertim percommode cecidisset, ut ab oratoribus Atticis recens essem: nam per proximam hiemem Demosthenem auditoribus meis enarraveram. Quid verbis opus est? ut vellem, hercle non potueram aliter facere: ita me mea fata trahebant. Nihil igitur cunctandum ratus statuebam quod reliquum esset feriarum in hunc libellum insumere. Id consilium, quod non displicuit Babingtoni, viro modestissimo et, cum nihil ei antiquius sit veritate, ad errores si quos commisit abiiciendos paratissimo, effectum habuit: amatoribus oratorum Atticorum Hyperideas reliquias auro contra cariores offero vili pretio parabiles. Feci quod in hac temporis brevitate — nam unius mensis spatiolo haec mihi constiterunt — poterat fieri: prompsi quae vel condita et composita habebam vel facile comparare poteram: plagulas corrigendi laborem mecum prompta voluntate partitus est *Lud. Langius* meus, et per eam occasionem de nonnullis rebus utiliter me admonuit.

Sed tempus est narrare quae de codice Hyperideo lectorum interest scire; deinde de oratore ipso ora-

tionibusque breviter disseram. Igitur Ios. Ardenius cum anno MDCCCIIL per orientis terras peregrinaretur, papyraceum volumen a duobus Arabibus sibi oblatum redemit satis tenui pro virtute pretio. Illi in effodiendis et perscrutandis sepulcris circa Thebas — hodie Gourou appellant — Aegyptias occupati in sarcophago reppererunt eius, credo, qui per vitam Hyperiden in sinu gestasset. Schedas Londinum asportatas cum et aliis hominibus litteratis ostendisset possessor, et Samueli Birchio, is continuo intellexit, omnem illarum habitum, materiem, scripturam, mensuram adeo congruere cum Harrisianis, ut utrasque eiusdem olim voluminis fuisse appareret. Utraque pars reperta eodem tempore locoque, Hyperideas orationes complexa utraque, quanquam in neutra nomen scriptoris consignatum est. Sed de auctore dubitatio plane nulla poterit esse si quis prooemia atque scholia nostra perlustraverit.

Iam illud felix est et elegans inventum Babingtonis, tres illas columnas Harrisianas a caussa Harpalica editorum consensu omnium alienas Lycophroneae orationis superiori esse parti, quae in codice abscissa est, vindicandas. Ut vel inde eundem olim fuisse codicem clarescat. Ceterum cum editor Cantabrigiensis codicem secutus orationis Lycophroneae quae extant praeposuerit, mihi ordo invertendus erat propterea, quod expectabam imaginem codicis lithographi arte redditam, ad quam exigerem loca mutilata, quibus altera oratio paene vacabat. Eam igitur primam typographo tradidi. Et, ut id statim profitear,

in eo quoque a decessore meo recedendum erat, ut, cum ille textum scriptoris usitatis typis expressum columnarum instar dedisset — ita enim insertis foliis lithographis nullo negotio a legentibus consuli papyrus et comparari potest —, ego satis haberem columnis ad marginem exteriorem signatis singulorum versuum fines interductu lineolae distinguere: nam id negligi non debebat, quoniam est ubi critici referat novisse. Exemplo Babingtonis autem quaecunque de coniectura suppleta sunt saepsi cancellis his [ ]; quarum autem litterarum aliquid tamen restaret in papyro, quod saepe perexiguum quiddam est, eae minutioribus formis exaratae sunt.

De codice ipso formaque et materia atque specie litterarum peccatisque librarii eorumque correctionibus nihil attinet plura dicere, cum Harrisianae partis editores, quorum scripta in omnium manibus versantur, satis de illis rebus videantur dixisse. Quae eo minus recoqui necessarium est, cum potiora in scholiis attigerim singillatim. Hoc tantum addam. Ut in re singulari et editione paene principe mori scribendi vocabula, qualis saeculo librarii et proximis in usu fuit, paullo tenacius inhaesi, sed ut apertis tamen lapsibus oculos lectorum offendi nollem. Ita iota subscriptum — ascriptum volui dicere — prave vel additum vel omissum in *οὕτωι*, *ἰδίᾳ*, *δημοσίᾳ* rell. perhorrui pariter atque formas mendosas ex confusione *η*, *ει* et *ι* vocalium, quae familiaris librario est, ortas. Verum assimilationem litterarum vel neglectam contra consuetudinem vulgarem vel admis-

sam movere loco nolui, *συνσκευάσαντες*, *ἐνκαλεῖν*, *ἔνκλημα*, *συνλέξειν*, *ἐνκατακλιθῆναι*, *συνκατηγορήσοντα*, *ἐγδίδοσθαι*, *ἀνέγδοτον*, quanquam ne in his quidem constans est quem in aliis rebus inconstantem deprehendimus librarius. Illa igitur par erat retineri, prorsus ut in titulis similia cum extant in lapide vel aere retineri solent. Posthac non impedio quominus abiiciantur, vel, si placet, abiciantur.

Sed missis his nugis ut ad orationes veniamus ipsas, persimilis utriusque atque plane gemella ratio est et universus tenor. Utraque continetur in defensione civis ex sua quidem sententia malitiose et prava actione postulati: igitur in utraque orator de temeritate malisque artibus *τῶν εἰσαγγελλόντων* copiose libereque queritur. In utraque indignatur, cum quod institutum advocationis, quo nihil extet in urbe more receptum vel salubrius vel humanius, tollere de civitate pravitas accusatorum annitatur, tum quod ambo accusatores in primariam litem compactis congregatisque variis tanquam per saturam criminationibus rationem defendendi mirum in modum impedierint funditusque praeciderint. Postremo, ut taceamus quae minoris momenti sunt, in utraque caussa Hyperides adversarium nactus erat Lycurgum illum, integerrimum hominem, sed eundem paullo fervidioris ingenii et inexorabiliorem male factorum vindicem, quem vetus arbiter *σεμνὸν καὶ ὅλον κατηγορικὸν καὶ φιλαλήθη καὶ παρρησιαστικόν* appellat. Is Lycophronem in ius vocaverat ipse, in Euxenippea caussa Polyeucto subscriptor aderat. Haec autem caussarum oratio-

numque parilitas eam vim habuit, opinor, ut qui Hyperideas orationes disposuerunt grammatici — Callimachus puta Aristophanesque et qui in simili studio elaboraverunt Pergameni πινακογράφοι: nam Didymum Alexandrinum et Aelium Harpocrationem codex aetate videtur longe superare — illi igitur harum nollent discidium fieri prioremque locum assignarent ei, quam ante Euxenippeam habitam esse certis poterat indiciis cognosci.

Cum autem plures caussae sint, cur nobis de recuperatis his orationibus gratulemur, tum illud mihi gravissimum videri solet, quod Hyperidis oratoriarum virtutum a veteribus celebratarum tandem aliquando certiorem quandam speciem animo informare licet, quoniam in una certe oratione, quae integra est, oculis cernimus. Nam orationis Harpalicae λείψανα ut excitarunt magis quam lenierunt desiderium, ita non satis ad proprietatem oratoris percipiendam valebant. Hoc igitur agamus.

Quas veteres arbitri primarias praedicant proprietates orationis Hyperideae, earum luculenta documenta exhibent vel hae oratiunculae, non profecto illae ex omni copia selectae cum subtili iudicio, sed prouti fors tulit servatae. Immo vero, ut non paucae ex iis quae interciderunt orationibus longe ampliores fuerint et artificiosiores, fortasse non male actum est cum Hyperide, quod ex hoc potissimum ungue tenemus leonem. Hae ipsae enim orationes ut sunt de tenuiori genere, ita ad cognoscendam

Hyperidis artem plane comparatae factaeque videntur. Etenim Quintiliano teste X, 1, 77 *dulcis inprimis et acutus Hyperides, sed minoribus caussis ut non dixerim utilior, magis par.* Illud acumen in Hyperide, facetias, argutias, urbanitatem uno ore tollunt laudibus Graeci Latinique magistri. Sic Dionysius de vett. scrr. cens. p. 434 Rsk. Ὁ Ὑπερείδης εὔστοχος μὲν, σπάνιον δ' αὐξητικός· καὶ τῇ μὲν τῆς φράσεως κατασκευῇ Λυσίαν ὑπερηρκὼς, τῇ δὲ τῆς εἰρωνείας πανουργίᾳ πάντας. ἔτι δὲ τοῦ κρινομένου διαπαντὸς ἔχεται καὶ ταῖς ἀνάγκαις τοῦ πράγματος ἐμπέφυκε καὶ συνέσει πολλῇ κεχορήγηται. καὶ χάριτος μεστὸς ἐστίν· καὶ δοκῶν ἁπλοῦς οὐκ ἀπήλλακται δεινότητος. τούτου ζηλωτέον μάλιστα τῶν διηγήσεων τὸ λεπτὸν καὶ σύμμετρον, ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐφόδους, αἷς ἐπὶ τὰ πράγματα βαδίζει. Eodem iudice p. 643 τὰ μέγιστα ἴδια Hyperidis sunt τῆς μὲν λέξεως τὸ ἰσχυρόν, τῆς δὲ συνθέσεως τὸ ἁπλοῖν, τῶν δὲ πραγμάτων τὸ εὔκαιρον, τῆς δὲ κατασκευῆς τὸ μὴ τραγικὸν μηδὲ ὀγκῶδες. Postremo sublimiora locuto Dionysio Longino περὶ ὕψους 34 p. 284 Spengel. Hyperides ὕπακρος ἐν πᾶσιν est, sed ut aliquanto tamen intervallo a principatu Demosthenis distet; unde haec delibo: ἄφατοι περὶ αὐτόν εἰσιν ἀστεϊσμοί, μυκτὴρ πολιτικώτατος, εὐγένεια, τὸ κατὰ τὰς εἰρωνείας εὐπάλαιστρον, σκώμματα οὐκ ἄμουσα διασυρμός τε ἐπιδέξιος καὶ πολὺ τὸ κωμικὸν καὶ μετὰ παιδιᾶς εὐστόχου κέντρον, ἀμίμητον δὲ εἰπεῖν τὸ ἐν πᾶσι τούτοις ἐπαφρόδιτον.

His etsi lecturos satis monitos arbitramur, quorsum maxime mentem attendere oporteat, εἰρωνείας tamen et facetiarum et cum aculeo dictorum recensum aliquem agere iuvabit. Irrisionem igitur prioris

orationis ipsum exordium habet, a supercilio et *σεμνότητι* Demosthenis mire recedentem. Vide mihi p. 4, 2 sqq., ubi orator temeritatem *τῶν εἰσαγγελλόντων* exagitans exempla promit hominum tam gravi actione per levitatem petitorum: *Διογνίδης μὲν καὶ Ἀντίδωρος ὁ μέτοικος εἰσαγγέλλονται ὡς πλέονος μισθοῦντες τὰς αὐλητρίδας ἢ ὁ νόμος κελεύει . . . . , Εὐξένιππος δ᾽ ὑπὲρ τῶν ἐνυπνίων ὧν φησιν ἑωρακέναι,* h. e. propter somnia *ementita.* Id ipsum autem, quod summum est, callide silet, ut adversarii ineptias Attico sale perfricet. Prorsus similiter illum traducit p. 7, 18: *Εὐξενίππῳ δ᾽ ὅτι ἰδιώτης ἐστὶ καὶ πρεσβύτερος, οὐδὲ τοὺς φίλους καὶ τοὺς οἰκείους ἔξεσται βοηθεῖν,* ubi cum res ipsa non tam *ὅτι* quam *καίπερ* requireret, *ὅτι* praetulit ad perversitatem Polyeucti castigandam, quasi ob id ipsum defensoribus ille orbare velit reum, *quod* is senior sit et fari nescius. Compara p. 6, 6 *ἀλλ᾽ ὅμως Πολύευκτος οὕτως ἐστὶν ἀνδρεῖος κτλ.* Sed Polyeucto non solum ubique facete illudit, sed argumentorum dexteritate et pondere in angustias compulsum affligit fortiter: vide p. 7, 3, qui reo deneget quod in suo olim periculo sibi sumpserit ipse, et 9, 9 sqq. 17, 15 sqq., ubi dilemmatum laqueis irretit et captat *εὐστοχώτατα.* Rursus p. 8, 8 sqq. inconstantiam hominis et levitatem ita carpit, ut rem acu tangat; denique, quo non extat illustrius exemplum sarcasmi, p. 9, 17: *εἰ μὲν ἀπέφυγες τὴν γραφήν, οὐκ ἂν κατεψεύσατο οὗτος τοῦ θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ συνέβη σοι ἁλῶναι, Εὐξένιππον δεῖ ἀπολωλέναι,* et quae sequuntur, ubi subita et *παρὰ προσδοκίαν* illata venustissima narratione de patera

Olympiadis et Atheniensium negotio Dodonaeo accusatorem acriter perstringit, quod is res prorsus a caussa Euxenippi alienas effuderit. Nec praetermittam lusum illum contrariorum sophista aliquo λογοδαιδάλῳ dignum, sed ut in irrisione apte usurpatum p. 16, 23 *πόρους* φασὶ *ποϱίζειν*, *ἀποϱίαν* ἐν τῇ πόλει παρασκευάζοντες, ut similiter ludit personatus Gorgias 8, p. 117 Rsk. τίς γὰρ ἂν ἐποίησε τὸν ἀνθρώπινον βίον *πόριμον* ἐξ *ἀπόρου*;

At haec omnia ex Euxenippea oratione sumpta sunt. Altera nec ab ipso Hyperide dicta et in caussa spinosiore posita et, quod summum est, contra virum magnae auctoritatis habita rara ostendit vestigia facetiarum, sed vestigia tamen. Vide p. 23, 15 ὅπως ἂν ᾖ *ἀθάνατος* συκοφάντης, et 25, 19 καὶ ταῦτα δοκεῖ ἂν ὑμῖν Αἴας ἐκεῖνος ὁ μαινόμενος ποιῆσαι ἢ Μαργίτης ὁ πάντων ἀβελτερώτατος;

Atenim in egregiis laudibus artificii oratorii in elocutione tamen ipsa delectuque verborum fastidiosiores auriculae grammaticorum aliquid in Hyperide desideraverunt. Hermogenes 3, 382 Walz. Ἴδιον Ὑπερείδου τὸ καὶ ταῖς λέξεσιν ἀφειδέστερόν πως καὶ ἀμελέστερον χρῆσθαι· ὥσπερ ὅταν *μονώτατος* — quo praeter alios etiam Lycurgus usus est — λέγῃ καὶ *γαλεάγρα* καὶ *ἐκκοκκύζειν* καὶ *ἐστηλοκόπηται* καὶ *ἐπήβολος* καὶ ὅσα τοιαῦτα. At ὅσα τοιαῦτα hercle a Polluce potissimum exili curiositate notata et Pollucis similibus Atticistis ridiculus sit qui eo opinetur valere, ut Hyperidis sermonem ab Atticae normae sinceritate mirum quantum deflexisse censeamus. Quicquid enim isti magistelli vituperant,

in singulorum fere vocabulorum et eorum rariorum usu abusuve vertitur, in quo ille sane minus videtur delicatus fuisse, quam vel Lysias vel Demosthenes. Huc igitur recurrit et Libanius in argumento orationis *περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν: Οὐκ ἔοικεν ὁ λόγος κατὰ τὴν ἰδέαν τοῖς ἄλλοις τοῖς τοῦ Δημοσθένους, ἀλλὰ τῷ Ὑπερείδου χαρακτῆρι μᾶλλον προσχωρεῖ τά τε ἄλλα καὶ λέξεις τινὰς ἔχει κατ᾽ ἐκεῖνον μᾶλλον εἰρημένας ἢ τὸν Δημοσθένην, οἷον νεόπλουτοι καὶ βδελυρεύσεται.* Nae ille beatus praedicari debet, si his modo quisquiliis a castitate Demosthenis distinebatur. Nam ista vocabula suo quidem loco posita quis recti iudicii homo vituperabit? Sed fuerit sane Hyperides in singulorum delectu verborum minus quam alii suppari aetate oratores sollicitus, uti ne evitandi hiatus quidem pusillum studium usquam reperias: in his *λογιδίοις* perpauca, quae censuram mereantur, investiges. Ex quo genere sunt *καθέστακα* et *σχοίησαν* formae ante Hyperiden, quod norimus, non usurpatae *). Nam quae Babingtonem sollicitaverunt vocabula, *ὀρεωκόμος* et *ὠφελία* p. 6, 4, non sine haesitatione tolerata, ne indigent quidem venia: alterum in scholiis p. 68 tueor, *ὠφελία* forma a veteribus magistris agnita nunc con-

*) Ad ea quae p. 50 dixi adde Axiochum 370E (514, 27 Bekker.) *εἰς τοὐναντίον με περιέστακας*, ubi cod. recens *περιέστησας*. Quid quod apud ipsum Demosthenem Philipp. 3, 26 p. 117 Reiskius ex Dionys. de admir. vi Dem. p. 1120, 9 edidit: *τὰς πόλεις αὐτῶν παρῄρηται καὶ τετραδαρχίας καθέστακεν*, pro quo libri oratoris *κατέστησεν*. At perfectum rectius est. Exempla posteriorum scriptorum v. apud Dindorf. Thes. Steph. IV, 792.

sensu bonorum librorum apud Platonem aliosque auctores reposita est, v. Schneiderum ad Platonis Civ. I p. 332D. Absque eo esset, nulla audacia ὠφελείας rescriberetur in tanta librarii vacillatione inter vocales soni finitimi: κακοήθια ipse Babingto repudiavit deditque κακοήθεια p. 14, 23. Praetermitto alia minutula. Mihi tenuior interdum et quotidiani sermonis humilitati propior visa elocutio, velut p. 14, 7 αἰτίας ἥκεις φέρων κατ᾽ αὐτοῦ; 12, 11 ἐὰν τὰ περὶ τὴν φιάλην γεγονότα ἐν ἀ δ ι κ ή μ α τ ι ε ἶ ν α ι ψηφίζησθε, quod de homine dictum me non offenderet ita ut de re; 5, 15 τὴν ταχίστην αὐτὴν (τὴν αἰτίαν) δεῖ εἶναι ἐν τῷ δικαστηρίῳ; 7, 3 τοιούτῳ πράγματι οὐ κέχρησαι et pauca alia. Verumtamen, si haec quaedam negligentia est, mihi non ingrata certe est in tanto verborum scite coagmentatorum levore, lepore autem sententiarum, omni tumore procul segregato. Flumen autem orationis ubi impediri et turbari videbitur, veluti col. 44, non socordia et infantia id commissum esse reperiet qui quaeret. Nusquam vel ampliores verborum ambitus luminibus orationis facilis et perspicuae officiunt. Ad extremum, in verbis si qua sunt vitia, quae profecto parvula sunt, aliis haec et maioribus redimit Hyperides virtutibus, ut illa facile feras. Quid quod verissime me iudice Ovidius dicebat, decentiorem esse faciem, in qua aliqui naevus esset.

Quaesiverit forsitan quispiam, ecquid possit ex his orationibus firmamenti repeti ad sustentandam Libanii coniecturam, qui orationem quam modo at-

tingebam Hyperidi maluit quam Demostheni tribui. Hanc ego quaestionem vel per otium meum pertractare nequeo: bis in scholiis — nam scholiastam agere modestiae esse videbatur — quandam in usu verborum structuraque similitudinem animadverti, v. p. 10, 24 et 11, 24. Sed pollicitus est se hanc rem sub examen vocaturum Herm. Sauppius noster, quem nunc haec Hyperidea, quorum pertractatio ad illum suo quodam iure deveniet, ad nomen solvendum incitatura confido.

Scribebam Gottingae ipsis kalendis Maiis a. MDCCCLIII.

INDEX.

HYPERIDIS

ORATIO

PRO EUXENIPPO.

A = Papyrus.
B = Babington.
S = Schneidewin.

Ὑπὲρ Εὐξενίππου | εἰσαγγελίας ἀπολογία | πρὸς Col. 17
Πολύευκτον.

Ἀλλ' ἔγωγε, ὦ ἄνδρες | δικασταί, ὅπερ καὶ | πρὸς Col. 18
τοὺς παρακαθη | μένους ἀρτίως ἔλε | γον, θαυμάζω εἰ
μὴ | προσίστανται ἤδη | ὑμῖν αἱ τοιαῦται εἰσ | αγγε-
λίαι· τὸ μὲν γὰρ | πρότερον εἰσηγγέλ | λοντο παρ'
ὑμῖν Τιμό | μαχος καὶ Λεωσθέ | νης καὶ Καλλίστρα |
τος καὶ Φίλων ὁ ἐξ Ἀ | ναίων καὶ Θεότιμος | ὁ Σηστὸν
ἀπολέσας | καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι· | καὶ οἱ μὲν αὐτῶν |
ναῦς αἰτίαν ἔχον | τες προδοῦναι, οἱ δὲ | πόλεις Ἀθη-
ναίων, | ὁ δὲ ῥήτωρ ὢν λέγειν | μὴ τὰ ἄριστα τῷ δή |
μῳ· καὶ οὔτε τούτων | πέντε ὄντων οὐ | δ' εἷς ὑπέ-
μεινε τὸν | ἀγῶνα, ἀλλ' αὐτοὶ ᾤχον | το φεύγοντες ἐκ |
τῆς πόλεως, οὔτ' ἄλ | | λοι πολλοὶ τῶν εἰσ | αγγελλομέ- Col. 19
νων |, ἀλλ' ἦν σπάνιον ἰδεῖν | ἀπ' εἰσαγγελίας τινὰ |
κρινόμενον ὑπα | κούσαντα εἰς τὸ δι | καστήριον· οὕτως |
ὑπὲρ μεγάλων ἀδι | κημάτων καὶ περι | φανῶν αἱ εἰσ-
αγγε | λίαι τότε ἦσαν· νυνὶ | δὲ τὸ γινόμενον | ἐν τῇ

---

5 ηδηι A 12 οὐδ' εἷς S: οὐδεὶς B 13 ωχοντο A 15 αλλην σπανιον ιδειν *supra columnam 19 signo addito additum est.* 18 τότε S: τούτων B, *qui* A *correctum esse ait, sed ut videatur librarius voluisse* τ ο ύ τ ω ν *rescribi.*

πόλει πάνυ | καταγέλαστόν ἐστιν· | Διογνίδης μὲν καὶ|
Ἀντίδωρος ὁ μέτοι|κος εἰσαγγέλλονται | ὡς πλέονος
μισθοῦν|τες τὰς αὐλητρίδας | ἢ ὁ νόμος κελεύει,|
Ἀγασικλῆς δ' ὁ ἐκ Πει|ραιέως ὅτι εἰς Ἁλι|μουσίους
ἐνεγρά|[φη,] Εὐξένιππος | [δ' ὑπ]ὲρ τῶν ἐνυπνί|[ων]
ὧν φησιν ἑω[ρακέ]ναι· ὧν οὐδε|μ[ία] δήπου τῶν αἰ|
Col. 20 τιῶν τούτων οὐδὲν||κοινωνεῖ τῷ εἰσ|αγγελτικῷ νόμῳ.|

Καίτοι, ὦ ἄνδρες δικα|σταί, ἐπὶ τῶν δημοσί|ων
ἀγώνων οὐ χρὴ | τοὺς δικαστὰς πρότε|ρον τὰ καθ'
ἕκαστα | τῆς κατηγορίας ὑπο | μένειν ἀκούειν|, πρὶν
αὐτὸ τὸ κεφά|λαιον τοῦ ἀγῶνος | καὶ τὴν ἀντιγραφὴν|
ἐξετάσωσιν εἰ ἐστὶν | ἐκ τῶν νόμων ἢ | μή· οὐ μὰ
Δία, οὐχ ὥσ|περ ἐν τῇ κατηγορ[ί]ᾳ | Πολύευκτος ἔλε-
γεν, ο[ὐ] | φάσκων δεῖν τοὺς | ἀπολογουμένους | ἰσχυ-
ρίζεσθαι τῷ εἰσ|αγγελτικῷ νόμῳ, | ὃς κελεύει κατὰ τῶν|
ῥητόρων αὐτῶν | τὰς εἰσαγγελίας ε[ἶ]|ναι περὶ τοῦ λέ-
Col. 21 γει[ν] μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ, οὐ κατὰ πάν||των Ἀθη-
ναίων. | ἐγὼ δὲ οὔτε πρότε|ρον οὐδενὸς ἂν μνησθεί|ην
ἢ τούτου|, οὔτε πλείους οἶμαι|δεῖν λόγους ποεῖ|σθαι
περὶ ἄλλου τινὸς | ἢ ὅπως ἐν δημοκρα|τίᾳ κύριοι οἱ
νόμοι | ἔσονται καὶ αἱ εἰσαγ|γελίαι καὶ αἱ ἄλλαι κρί|
σεις κατὰ τοὺς νό|μους εἰσίασιν εἰς | τὸ δικαστήριον·
διὰ | τοῦτο γὰρ ὑμεῖς ὑπὲρ | ἁπάντων τῶν ἀδι|κημά-
των, ὅσα ἔστιν | ἐν τῇ πόλει, νόμους | ἔθεσθε χωρὶς

---

1 εστιν corr. A, ειναι pr. 4 αγησικλης A 5 ἐνεγρά[φθη] B 7 ουδενι pr. A 10 πρὶν ἂν αὐτό? 12 εξετα^{σω}σιν A 20 ἢ ὅπως S: ἢ ὅτι ὡς B 22 εισισασιν A

περὶ | ἑκάστου αὐτῶν. | ἀσεβεῖ τις περὶ τὰ ἱερά· |γράφεται ἀσεβείας| πρὸς τὸν βασιλέα. | φαῦλός ἐστι πρὸς| τοὺς ἑαυτοῦ γονεῖς· | ὁ ἄρχων ἐπὶ τούτου | κάθη[ται]. παράνο|μά τις ἐν τῇ πόλει|| γράφει· θεσμοθε|τῶν Col. 22
συνέδριον ἔστι. | ἀπαγωγῆς ἄξια ποι|εῖ· ἀρχὴ τῶν ἕνδεκα | καθέστηκε. τὸν αὐ|τὸν δὲ τρόπον καὶ ἐ|πὶ τῶν ἄλλων ἀδική | μάτων ἁπάντων | καὶ νόμους καὶ ἀρχὰς καὶ δικαστήρια | τὰ προσήκοντα ἑκά|στοις αὐτῶν ἀπέδο|τε. ὑπὲρ τίνων οὖν | οἴεσθε δεῖν τὰς εἰ| σαγγελίας γίγνεσθαι; | τοῦτ' ἤδη καθ' ἕκαστον | ἐν τῷ νόμῳ ἐγρά|ψατε, ἵνα μὴ ἀγνοῇ | μηδείς. „ἐάν τις“ φησὶ | „τὸν δῆμον τὸν Ἀθη|ναίων καταλύσῃ.“ εἰ|κότως, ὦ ἄνδρες δικα|σταί· ἡ γὰρ τοιαύτη αἰ|τία οὐ παραδέχεται | σκῆψι[ν ο]ὐδεμίαν | οὐδενὸς οὐδ' ὑπω|μοσίαν, ἀλλὰ τὴν | ταχίστην αὐτὴν δεῖ|| εἶναι C.23
ἐν τῷ δικα|στηρίῳ· „ἢ συνίῃ | ποι ἐπὶ καταλύσει| τοῦ δήμου ἢ ἑταιρι|κὸν συναγάγῃ ἢ ἐάν|τις πόλιν τινὰ προ|δῷ ἢ ναῦς ἢ πεζὴν ἢ ναυτικὴν στρατι|άν, ἢ ῥήτω[ρ] ὢν μὴ | λέγῃ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναί|ων χρήματα λαμβά|νων·“ τὰ μὲν ἄνω | τοῦ νόμου κατὰ πάν|των τῶν πολιτῶν | γράψαντες· ἐκ πάντων | γὰρ καὶ τἀδικήματα | ταῦτα γένοιτ' ἄν· τὸ | δὲ τελευταῖον τοῦ|

---

1 γράφεται S: γραφαὶ B: γραφαι A, post quam vocem sequebatur β, quod deletur. 2 βασιλεαι A pr. 4 γραφη pr. A 5 ἔστιν? αχρη pr. A 8 δικαστηριαι A 9 αποδοτε pr. A 11 αγνοη A 12 καταλυση A 13 τοιαυτηι A 16 που pr. A 17 συναγαγη A 22 παντῶ A

νόμου κατ' αὐτῶν τῶν ῥη|τόρων, παρ' οἷς ἔστι | καὶ
τὸ γράφειν τὰ ψη|φίσματα· ἐμαίνε|σθε γὰρ ἂν εἰ
ἄλλον τι|νὰ τρόπον τὸν νό|μον τοῦτον ἔθε|σθε ἢ
Col. 24 οὕτως, εἰ τὰς | μὲν τιμὰς καὶ τὰς|| ὠφελίας ἐκ τοῦ
λέ|γειν οἱ ῥήτορες καρ|ποῦνται, τοὺς δὲ κιν|δύνους
ὑπὲρ αὐτῶν | τοῖς ἰδιώταις ἀνεθή|κατε. ἀλλ' ὅμως
Πολύ|ευκτος οὕτως ἐστὶν | ἀνδρεῖος ὥστε εἰσ|αγγελίαν
διώκων | οὐκ ἔφη δεῖν τοὺς | φεύγοντας τῷ εἰσ|αγγελ-
τικῷ νόμῳ | χρῆσθαι· καὶ οἱ μὲν | ἄλλοι πάντες κατή|
γοροι, ὅταν οἴωνται | δεῖν ἐν τῷ προτέρῳ λόγῳ ὑφελεῖν
τῶν | φευγόντων τὰς ἀπο|λογίας, τοῦτο παρα|κελεύ-
ονται τοῖς δι|κασταῖς μὴ ἐθέλειν | ἀκούειν τῶν ἀπολο|
γουμένων, ἐάν τι|νες ἔξω τοῦ νόμου | λέγωσιν, ἀλλ'
ἀπαν|τᾶν πρὸς τὰ λεγόμε|να καὶ κελεύειν τὸν | νό-
C.25 μον ἀναγινώ|σκειν· σὺ δὲ τοὐναν||τίον τὴν εἰς τοὺς
νό|μους καταφυγὴν ἐκ | τῆς ἀπολογίας οἴει | δεῖν ἀφε-
λέσθαι Εὐξε|νίππου.

Καὶ πρὸς τού|τοις οὐδὲ βοηθεῖν οὐ|δένα φῂς δεῖν
αὐτῷ | οὐδὲ συναγορεύειν, | ἀλλὰ παρακελεύῃ τοῖς|δι-
κασταῖς μὴ θέλειν | ἀκούειν τῶν ἀναβαι|νόντων. καί-
τοι τί | τούτου ἐν τῇ πόλει | βέλτιον ἢ δ[ημο] | τικώ-
τερόν ἐστι, πολ|λῶν καὶ ἄλλων κα|λῶν ὄντων, ἢ ὁπό|
ταν τις ἰδιώτης εἰς ἀ|γῶνα καὶ κίνδυνον | καταστὰς
μὴ δύ|νηται ὑπὲρ ἑαυτοῦ | ἀπολογεῖσθαι, τούτῳ | τὸν

---

1 κατατων (ντων supra) A 3 αλλοτια|να A (ν supra), sed α in fine versus inducitur 4 ητας (ει supra) A 7 εισαγγελιας pr. A 18 φης A 21 τούτου S: τούτων B βελτειον A

βουλόμενον | τῶν πολιτῶν ἐξεῖ|ναι ἀναβάντα βο|ηθῆσαι καὶ τοὺς δικα|στὰς ὑπὲρ τοῦ πράγμα|τος τὰ δίκαια διδάξαι; || ἀλλὰ νὴ Δία αὐτὸς τοι|ούτῳ πράγματι Col. 26 *οὐ | κέχρησαι, ἀλλ' ὅτ' ἔφευ|γες τὸν ἀγῶνα ὑπ' Ἀλε|ξάνδρου τοῦ ἐξ Οἴ|ου δέκα μὲν συν|ηγόρους ἐκ τῆς Αἰγη|ίδος φυλῆς ᾐτήσω, | ὧν καὶ ἐγὼ εἷς ἦν αἱ|ρεθεὶς ὑπὸ σοῦ, ἐκ δὲ | τῶν ἄλλων Ἀθηναί|ων ἐκάλεις ἐπὶ τὸ | δικαστήριον τοὺς βο|ηθήσοντάς σοι. καὶ τὰ | μὲν ἄλλα τί δεῖ λέ|γειν; αὐτῷ δὲ τούτῳ | τῷ ἀγῶνι πῶς κέ|χρησαι; οὐ κατηγόρη|σας ὁπόσα ἐβούλου; οὐ | Λυκοῦργον ἐκάλεις | συνκατηγορήσον|τα, οὔτε τῷ λέγειν| οὐδενὸς τῶν ἐν τῇ | πόλει καταδεέστερον | ὄντα, παρὰ τούτοις τε | μέτριον καὶ ἐπει|κῆ δοκοῦντα εἶναι; | εἶτα σοὶ μὲν ἔξεστι | καὶ φεύγοντι τοὺς | βοηθήσοντας κα||* Col. 27 *λεῖν καὶ διώκοντι | τοὺς συνκατηγόρους | ἀναβιβάσασθαι, ὃς οὐ|μόνον ὑπὲρ σεαυτοῦ | δύνασαι εἰπεῖν, ἀλ|λὰ καὶ ὅλῃ πόλει πρά|γματα παρέχειν ἱκα|νὸς εἶ·* Εὐξενίππῳ *| δ' ὅτι ἰδιώτης ἐστὶ καὶ | πρεσβύτερος οὐδὲ τοὺς | φίλους καὶ τοὺς οἰκεί|ους ἔξεσται βοηθεῖν· | εἰ*

---

4 *ὑπ' Ἀλε|ξάνδρου τοῦ ἐξ Οἴ|ου B, qui haec addit:* »The last four letters seem to have been *τουθ*; the two first have been cancelled, and *θ* has been corrected to *π*, so as to leave *υπ*; the *υπ* however is repeated after the original line, followed by *αλε*. — The interpolated letters are (apparently) *ανδρτουεξοι*, the first four of which form part of the word *Αλεξανδρου*.« — 6 *ητησωι A* 8 *κατα pr. A* 9 *του αγωνος pr A* 11 *συγκατηγορήσοντα B* 13 *ἐπεικῆ S: ἐπιεικῆ B: επει|κηι A* 15 *συγκατηγόρους B*

δὲ μή, διαβληθήσον|ται ὑπὸ σοῦ νὴ Δία· | τὰ γὰρ πεπραγμένα | αὐτῷ δεινά ἐστι καὶ | ἄξια θανάτου, ὡς σὺ λέγεις ἐν τῇ κατη|γορίᾳ.

Σκέψασθε δή, ὦ | ἄνδρες δικασταί, κα|θ' ἓν ἕκαστον αὐτῶν | ἐξετάζοντες. ὁ δῆ|μος προσέταξεν | Εὐξε-
νίππῳ τρίτῳ | αὐτῷ ἐγκατακλιθῆ|ναι εἰς τὸ ἱερόν,
Col. 28 οὗτος | δὲ κοιμηθεὶς ἐνύ|πνιόν φησιν ἰδεῖν,|| ὃ τῷ δήμῳ
ἀπαγ|γεῖλαι. τοῦτ' εἰ μὲν ὑ|πελάμβανες ἀληθῆ | εἶναι, καὶ ὃ εἶδεν ἐν | τῷ ὕπνῳ τοῦτ' αὐτὸν | ἀπαγγεῖλαι πρὸς τὸν | δῆμον, τί καὶ ἀδικεῖ | ἃ ὁ θεὸς αὐτῷ προσέ|ταττε ταῦτ' ἐξαγγείλας | πρὸς Ἀθηναίους; εἰ | δέ, ὥσπερ νυνὶ λέγεις, | ἡγοῦ αὐτὸν καταψεύ|σασθαι τοῦ θεοῦ καὶ | χαριζόμενόν τισι μὴ | τἀληθῆ ἀπηγγελκέ|ναι τῷ δήμῳ, οὐ ψή|φισμά σε ἐχρῆν πρὸς | τὸ ἐνύπνιον γράφειν, | ἀλλ' ὅπερ ὁ πρότερος | ἐμοῦ λέγων εἶπεν, | εἰς Δελφοὺς πέμψαν|τα πυθέσθαι παρὰ τοῦ| θεοῦ τὴν ἀλήθειαν· | σὺ δὲ τοῦτο μὲν οὐ|κ ἐποίησας, ψήφισμα | δὲ αὐτοτελὲς ἔγραψας | κατὰ δυοῖν φυλαῖν|
Col. 29 οὐ μόνον ἀδικώτατον,|| ἀλλὰ καὶ ἐναντίον|αὐτὸ ἑαυτῷ·
δι' ὅπερ | ἥλως παρανόμων, | οὐ δι' Εὐξένιππον.

Ἐξετάσωμεν δὲ περὶ | αὐτοῦ τουτονὶ τὸν τρό|πον. αἱ φυλαὶ σύνδυο | γενόμεναι τὰ ὄρη | τὰ ἐν Ὠρωπῷ διεί|λοντο, τοῦ δήμου | αὐταῖς δόντος. τοῦτο | τὸ ὄρος

---

6 ἐγκατακλιθῆναι B ἵερον A 8 ἀληθῆ S: ἀληθὲς B: αληθη^{ες} A 10 αδικια pr. A 12 ἡγοῦ B in Corrigendis: ηιου^{τ}, ut videbatur, A: ᾐτιῶ B in textu 15 ποτερος pr. A 16 ειπειν pr. A 22 ορηι A 23 δόντος τοῦτο τὸ ὄρος· ἔλαχεν B

ἔλαχεν Ἀκαμαν|τὶς καὶ Ἱπποθοωντίς. | ταύτας τὰς φυλὰς ἔγρα|ψας ἀποδοῦναι τὸ ὄρος | τῷ Ἀμφιαράῳ καὶ τὴν | τιμὴν ὧν ἀπέδον|το, ὡς πρότερον τοὺς| ὁριστὰς τοὺς πεντή|κοντα ἐξελόντας αὐ|τὸ τῷ θεῷ καὶ ἀφο|ρίσαντας, καὶ οὐ προσ|ηκόντως τὰς δύο φυ| λὰς ἐχούσας τὸ ὄρος. | μικρὸν δὲ διαλιπὼν | ἐν ταὐτῷ ψηφίσματι | γράφεις τὰς ὀκτὼ | φυλὰς ποιῆσαι ταῖν|| δυοῖν φυλαῖν τὰ διά|φορα καὶ ἀποδοῦναι, | ὅπως ἂν Col. 30
μὴ ἐλαττῶν|ται. καίτοι εἰ μὲν ἴδι|ον τῶν φυλῶν ἀφῃ|ροῦ τὸ ὄρος, πῶς οὐκ ὀρ|γῆς ἄξιος εἶ; εἰ δὲ μὴ|προσ-ηκόντως εἶχον | αὐτό, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ ὄν, | διὰ τί τὰς ἄλλας φυλὰς | ἔγραφες αὐταῖς προσ|αποδιδόναι ἀργύ-ριον; | ἀγαπητὸν γὰρ ἦν αὐ|ταῖς εἰ τὰ τοῦ θεοῦ ἀπο|δώσουσι καὶ μὴ | προσαποτίσουσιν ἀργύ|ριον.

Ταῦτ' ἐν τῷ δικα|στηρίῳ ἐξεταζόμε|να οὐκ ὀρθῶς ἐδόκει | γεγράφθαι, ἀλλὰ κατε|ψηφίσαντό σου οἱ δι|κασταί. εἶτ' εἰ μὲν ἀπέ|φυγες τὴν γραφήν, | οὐκ ἂν κατεψεύσατο | οὗτος τοῦ θεοῦ, ἐπει|δὴ δὲ συνέβη σοι ἁλῶ|ναι, Εὐξένιππον δεῖ ἀπολωλέναι· καὶ σοὶ || μὲν τῷ Col. 31
τοιοῦτο ψή|φισμα γράψαντι πέν|τε καὶ εἴκοσι δραχμῶν| ἐτιμήθη, τὸν δὲ | κατακλιθέντα εἰς τὸ | ἱερὸν τοῦ δή-μου κε|λεύσαντος μηδ' ἐν | τῇ Ἀττικῇ δεῖ ταφῆ|ναι·

---

7 ταῖν] ταιν *A* 10 ἄξιος εἶ; εἰ *S*: ἄξιος; εἰ *B* 13 αυτοις *A* 14 αποτισιόουσιν *A* 17 ετει *A* ἀπέφυγες *S*: απεφέυγες *A*: ἀπέφευγες *B* 21 ετειμηθηι *A* 22 τεταφεναι *pr. A*, »but the scribe may probably have intended to correct it to τεθαφθαι, if so, he has omitted to change the τ into θ, and cancel the ναι« *B*, qui dedit τεθάφθαι: ταφῆναι *S*

δεινὰ γὰρ ἐποίη|σε περὶ τὴν φιάλην | ἐάσας Ὀλυμπιάδα ἀ|ναθεῖναι εἰς τὸ ἄγαλ|μα τῆς Ὑγιείας· τοῦτο | γὰρ ὑπολαμβάνεις, | ἐφόδιον ἑαυτῷ εἰς | τὸν ἀγῶνα τὸ ἐκεί|νης ὄνομα παραφέ|ρων καὶ κολακεί|αν ψευδῆ κατηγορῶν | Εὐξενίππου, μῖσος | καὶ ὀργὴν αὐτῷ συνλέξειν παρὰ τῶν | δικαστῶν. δεῖ δέ, ὦ | βέλτιστε, μὴ ἐπὶ τῷ | Ὀλυμπιάδος ὀνό|ματι καὶ τῷ
Col. 32 Ἀλεξάν|δρου τῶν πολιτῶν || τινα ζητεῖν κακόν|τι ἐργάσασθαι, ἀλλ᾽ ὅ|ταν ἐκεῖνοι πρὸς τὸν | δῆμον τὸν Ἀθηναί|ων ἐπιστέλλωσι μὴ|τὰ δίκαια μηδὲ τὰ προσ|ήκοντα, τότε ἀναστάν|τα ὑπὲρ τῆς πόλεως | ἀντιλέγειν καὶ πρὸς | τοὺς ἥκοντας παρ᾽ αὐ|τῶν δικαιολογεῖσθαι| καὶ εἰς τὸ κοινὸν τῶν | Ἑλλήνων συνέδρι|ον πορεύεσθαι βοη | θήσοντα τῇ πατρίδι. | σὺ δ᾽ ἐκεῖ μὲν οὐδε|πώποτε ἀνέστης | οὐδὲ λόγον περὶ αὐ|τῶν ἐποιήσω, ἐνθά|δε δὲ μισεῖς Ὀλυμ|πιάδα ἐπὶ τῷ ἀπο|λέσαι Εὐξένιππον, | καὶ φῂς κόλακα αὐτὸν | εἶναι ἐκείνης καὶ| Μακεδόνων· ὃν ἐ|ὰν δείξῃς ἀφιγμέ|νον πώποτε εἰς
Col. 33 Μα||κεδονίαν ἢ ἐκεί|νων τινὰ ὑποδεξά|μενον εἰς τὴν αὑ|τοῦ οἰκίαν ἢ χρώμε|νον τῶν ἐκεῖθέν τινι | ἢ ἐντυγχάνοντα | ἢ λόγους καὶ ουστι|νασοῦν ἢ ἐπ᾽ ἐργα|στηρίου ἢ ἐν τῇ ἀγο|ρᾷ ἢ ἄλλοθί που περὶ | τούτων τῶν πραγμά|των εἰρηκότα καὶ | μὴ κοσμίως καὶ με|τρίως τὰ αὑτοῦ πράτ|τοντα ὥσπερεί τις | καὶ ἄλλος τῶν

---

1 δειν[α]γαρ A 2 υγειας pr. A 3 τούτῳ? 4 κολα[κ]ζειαν ψευδε[η]ι A 6 συλλέξειν B 7 των pr. A 16 μεισεις A 17 φης A 18 αφειγμενον A 20 αὑτοῦ S: αὐτοῦ B 21 λογουςς pr. A

πολι|τῶν, χρησάσθωσαν | αὐτῷ οἱ δικασταὶ ὅ τι | βού-
λονται. εἰ γὰρ ταῦ|τα ἦν ἀληθῆ ἃ κατη|γορεῖς, οὐκ
ἂν σὺ μόνος | ᾔδεις, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλ|λοι πάντες οἱ
ἐν τῇ | πόλει, ὥσπερ καὶ περὶ | τῶν ἄλλων, ὅσοι τι|
ὑπὲρ ἐκείνων ἢ λέ|γουσιν ἢ πράττουσιν, || οὐ μόνον C. 34
αὐτοί, ἀλ|λὰ καὶ οἱ ἄλλοι Ἀθη|ναῖοι ἴσασι καὶ τὰ
παι|δία τὰ ἐκ τῶν διδα|σκαλείων καὶ τῶν ῥη|τόρων
τοὺς παρ' ἐκεί|νων μισθαρνοῦν|τας καὶ τῶν ἄλλων|
τοὺς ξενίζοντας | τοὺς ἐκεῖθεν ἥκον|τας καὶ ὑποδεχο-
μέ|νους καὶ εἰς τὰς ὁδοὺς | ὑπαντῶντας ὅταν | προσ-
ίωσι· καὶ οὐδα|μοῦ ὄψει οὐδὲ παρ' ἑ|νὶ τούτων Εὐ-
ξένιπ|πον καταριθμούμε|νον. σὺ δ' ἐκείνων | μὲν οὐ-
δένα κρίνεις | οὐδ' εἰς ἀγῶνα καθί|στης οὓς πάντες
ἴσα|σι ταῦτα πράττοντας, | κατ' Εὐξενίππου δὲ | κο-
λακείαν [κ]ατηγο|ρεῖς, οὗ ὁ βίος τὴν αἰτί|αν οὐ πα-
ραδέχεται. | καίτοι, εἰ νοῦν εἶχες, || περί γε τῆς φιάλης| Col. 35
τῆς ἀνατεθείσης | οὔτ' ἂν Εὐξένιππον | ᾐτιῶ οὔτ' ἂν
ἄλλον | λόγον οὐδένα ἐνταῦ|θα ἐποιήσω· οὐ γὰρ | ἁρ-
μόττει. διὰ τί; καί | μου τὸν λόγον, ὦ ἄν|δρες δικα-
σταί, ἀκούσα|τε ὃν μέλλω λέγειν. |

Ὑμῖν Ὀλυμπιὰς ἐν|κλήματα πεποίηται | περὶ τὰ ἐν Δωδώνῃ | οὐ δίκαια, ὡς ἐγὼ δὶς | ἤδη ἐν τῷ δήμῳ| ἐναντίον ὑμῶν | καὶ τῶν ἄλλων Ἀθη|ναίων πρὸς τοὺς ἥ|κοντας παρ' αὐτῆς ἐ|ξήλεγξα οὐ προσῆκον|τα αὐτὴν ἐνκλήμα|τα τῇ πόλει ἐνκαλοῦ|σαν· ὑμῖν γὰρ ὁ Ζεὺς| ὁ Δωδωναῖος προσ|έταξεν ἐν τῇ μαν|τείᾳ τὸ ἄγαλμα,

14 πραττοντες pr. A 15 ου^{ο}βιος A 16 ουν pr. A 21 ἐγκλήματα B 25 ἐγκλήματα B ἐγκαλοῦσαν B

Col. 36 τῆς | Διώνης ἐπικοσ || μῆσαι· καὶ ὑμεῖς πρό|σωπόν τε
κοσμησά|μενοι ὡς οἷόν τε | κάλλιστον καὶ τἄλλα|
πάντα τὰ ἀκόλουθα, | καὶ κόσμιον πολὺν | καὶ πολυ-
τελῆ τῇ θε|ῷ παρασκευάσαν|τες καὶ θεωρίαν καὶ|
θυσίαν πολλῶν χρη|μάτων ἀποστείλαν|τες ἐπεκοσμή-
σατε | τὸ ἕδος τῆς Διώνης | ἀξίως καὶ ὑμῶν αὐ|τῶν καὶ
τῆς θεοῦ. ὑ|πὲρ τούτων ὑμῖν | τὰ ἐνκλήματα ἦλθε|
παρ' Ὀλυμπιάδος ἐν | ταῖς ἐπιστολαῖς, ὡς | ἡ χώρα
εἴη ἡ Μολοσ|σία αὐτῆς, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν | ἔστιν· οὔκουν
προσ|ῆκεν ἡμᾶς τῶν ἐ|κεῖ οὐδὲ ἓν κινεῖν. | ἐὰν μὲν
τοίνυν τὰ | περὶ τὴν φιάλην γεγο|νότα ἐν ἀδικήματι|
Col. 37 ψηφίσησθε εἶναι, || τρόπον τινὰ καὶ ἡ|μῶν αὐτῶν
καταγι|νώσκομεν ὡς τὰ ἐ|κεῖ οὐκ ὀρθῶς ἐπρά|ξαμεν·
ἐὰν δ' ἐπὶ | τοῦ γεγενημένου | ἐῶμεν τὰς τραγῳδί|ας
αὐτῆς, καὶ τὰς κατη|γορίας ἀφῃρηκότες | ἐσόμεθα. οὐ
γὰρ δή|που Ὀλυμπιάδι μὲν | τὰ Ἀθήνησιν ἱερὰ ἐ|πι-
κοσμεῖν ἔξεστιν, | ἡμῖν δὲ τὰ ἐν Δωδώ|νῃ οὐκ ἔξεσται,
καὶ | ταῦτα τοῦ θεοῦ προσ|τάξαντος.

Ἀλλ' οὐκ ἔ|στιν, ὦ Πολύευκτε, | ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
ὅθεν | κατηγορίαν οὐκ ἂν | ποιήσαιο. καίτοι σε | ἐχρῆν,
ἐπείπερ προ|ῄρησαι πολιτεύε|σθαι, καὶ νὴ Δία καὶ
δύ|νασαι, μὴ τοὺς ἰδιώ|τας κρίνειν μηδ' εἰς | τούτους
Col. 38 νεανιεύε|σθαι, ἀλλὰ τῶν ῥητό || ρων ἐάν τις ἀδικῇ,|
τοῦτον κρίνειν, στρατηγὸς ἐάν τις μὴ τὰ | δίκαια
πράττῃ, τοῦ|τον εἰσαγγέλλειν· | παρὰ γὰρ τούτοις

---

5 απεστειλαντες pr. A 7 ἐγκλήματα B 9 ἵερον A 10 οὔ-
κουν S: οὐκοῦν B 11 φιλην pr. A 13 καταγεινωσκομεν A 21
δυα A, »the three original letters being cancelled« B

ἐστὶ | καὶ τὸ δύνασθαι βλά|πτειν τὴν πόλιν, ὅ|σοι
ἂν αὐτῶν προαι|ρῶνται, οὐ παρ' Εὐξε|νίππῳ οὐδὲ
τῶν δι|καστῶν τούτων οὐ|δενί· καὶ οὐ σὲ μὲν οὕ|τως
οἴομαι δεῖν πράτ|τειν, αὐτὸς δὲ ἄλλον | τινὰ τρόπον
τῇ πο|λιτείᾳ κέχρημαι, ἀλ|λ' οὐδ' αὐτὸς ἰδιώτην | οὐ-
δένα πώποτε | ἐν τῷ βίῳ ἔκρινα, | ἤδη δέ τισι καθό-
σον | ἐδυνάμην ἐβοήθη|σα. τίνας οὖν κέκρι|κα καὶ
εἰς ἀγῶνα κα|θέστακα; Ἀριστοφῶν|τα τὸν Ἀζηνιέα,
ὃς | ἰσχυρότατος ἐν τῇ | πολιτείᾳ γεγένηται· || καὶ οὗ- Col. 39
τος ἐν τούτῳ | τῷ δικαστηρίῳ πα|ρὰ δύο ψήφους ἀπέ|
φυγε· Διοπείθη τὸν | Σφήττιον, ὃς δεινό|τατος δοκεῖ
εἶναι τῶν | ἐν τῇ πόλει· Φιλο|κράτη τὸν Ἁγνούσιον,
ὃς θρασύτατα καὶ ἀσελ|γέστατα τῇ πολιτείᾳ| κέχρηται·
τοῦτον εἰσ|αγγείλας ἐγὼ ὑπὲρ | ὧν Φιλίππῳ ὑπηρέ|τει
καὶ κατὰ τῆς πό|λεως εἷλον ἐν τῷ | δικαστηρίῳ καὶ
τὴν | εἰσαγγελίαν ἔγραψα | δικαίαν καὶ ὥσπερ | ὁ νό-
μος κελεύει, ῥή|τορα ὄντα λέγειν | μὴ τὰ ἄριστα
τῷ δή|μῳ τῷ Ἀθηναίων, | χρήματα λαμβάνον|
τα καὶ δωρεὰς παρὰ | τῶν τἀναντία πρατ|τόν-
των τῷ δήμῳ· | καὶ οὐδ' οὕτως ἀπέ|χρησέ μοι τὴν
εἰσ || αγγελίαν δοῦναι, | ἀλλ' ὑποκάτω παρέ|γραψα Col. 40
„τάδ' εἶπεν οὐ τὰ | ἄριστα τῷ δήμῳ | χρήματα
λαβών·“ | εἶτα τὸ ψήφισμα αὐ|τοῦ ὑπέγραψα· καὶ
πά|λιν· „τάδε εἶπεν οὐ τὰ | ἄριστα τῷ δήμῳ χρή|
ματα λαβών·“ καὶ τὸ | ψήφισμα παρέγρα|φον· καὶ

---

4 οιμαι pr. A 6 εκρεινα A 8 αιζηνιεα A 11 Διοπιθη A 12 Ἁγνούσιον S: Ἀγνούσιον B 14 εισαγγειλιας pr. A 19 δωρες pr. A 21 εισαγγελιαν ανδουναι A: εἰσαγγελίαν *ἂν* δοῦναι B

ἐστί μοι πεν|τάκις ἢ ἑξάκις τοῦτο | γεγραμμένον· δίκαι|ον γὰρ ᾤμην δεῖν | τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν κρί|σιν ποιῆσαι· σὺ δ' ἃ μὲν | εἰπεῖν Εὐξένιππον | φῂς οὐ τὰ ἄριστα τῷ | δήμῳ οὐκ εἶχες γρά|ψαι εἰς τὴν εἰσαγγελί|αν, ἰδιώτην δ' ὄντα | κρίνεις ἐν τῇ τοῦ ῥή|τορος τάξει· μικρὰ | δὲ περὶ τῆς ἀντιγρα|φῆς εἰπὼν ἑτέρας|
Col. 41 αἰτίας καὶ διαβολὰς || ἥκεις φέρων κατ' αὐ|τοῦ, λέγων ὡς Φιλο|κλεῖ τὴν θυγατέρα ἐ|δίδου καὶ Δημοτίω|νος δίαιταν ἔλαβεν | καὶ ἄλλας τοιαύτας | κατηγορίας, ἵν' ἐὰν μὲν | ἀφέμενοι τῆς εἰσαγ|γελίας περὶ τῶν ἔξω|τοῦ πράγματος κατη|γορηθέντων ἀπολο|γῶνται, ἀπαντῶσιν | αὐτοῖς οἱ δικασταί „τί|ταῦθ' ἡμῖν λέγετε“; ἐὰν| δὲ μηδένα λόγον | περὶ αὐτῶν ποιῶν|ται, ὁ ἀγὼν αὐτοῖς χεί|ρων γίνηται· τῶν γὰρ | κατηγορηθέντων | τὸ μὴ λαβὸν ἀπολο|γίαν ὑπὸ τῇ ὀργῇ | τῶν δικαστῶν κατα | λείπεται· καὶ τὸ πάν|των δεινότατον τῶν | ἐν τῷ λόγῳ λεγομέ|νων ὑπὸ σοῦ, ὃ σὺ ᾤ|ου λανθάνειν
Col. 42 ὧν ἕ||νεκα λέγεις, οὐ λαν|θάνων ὁπότε παρα|φθέγγοιο ἐν τῷ λόγῳ | πολλάκις, ὡς πλούσι|ός ἐστιν Εὐξένιππος· | καὶ πάλιν διαλιπών, | ὡς οὐκ ἐκ δικαίου πολ|λὴν οὐσίαν συνείλε|κται· ἃ εἰς μὲν τὸν ἀ|γῶνα τοῦτον οὐδὲν | δήπου ἐστὶν εἴτε | πολλὰ οὗτος κέκτη|ται εἴτε ὀλίγα, τοῦ δὲ | λέγοντος κακοήθεια | καὶ ὑπόληψις εἰς τοὺς | δικαστὰς οὐ δικαία, | ὡς ἄλλοθί που αὗτοι | τὴν γνώμην ἂν | σχοίησαν ἢ ἐπ' αὐτοῦ | τοῦ πράγματος.

---

6 μειχρα A   16 καταλιπεται A   δεινατον A   21 συνιλεκται pr. A   23 κακοηθια A

*Καὶ πό|τε[ρον] ἀδικεῖ ὑμᾶς ὑποκρι|ν[όμ]ενος ἢ
οὒ κα|κ[ῶς ἐ]μοὶ δοκεῖς εἰ|δ[έν]αι, ὦ Πολύευκτε· ἀ[λλ'
οἱ δί]καιοι ταῦτα γι[νώσκουσι π]άντες, ἐπεὶ οὐ.| [δὲν μὲν
ἔ]στιν οὐ | δ[αμοῦ] ἐν τῇ οἰκου || μένῃ οὔτε μόναρ|χος* Col. 43
*οὔτ' ἔθνος | μεγαλοψυχότερον | τοῦ δήμου τοῦ Ἀθη|
ναίων, τοὺς δὲ συκο|φαντουμένους τῶν | πολιτῶν ὑπό
τινων | ἢ καθ' ἕνα ἢ ἄθρους | οὐ προΐεται, ἀλλὰ βοη|
θεῖ. καὶ πρῶτον μὲν | Τίσιδος τοῦ Ἀγρυλῆ|θεν ἀπο-
γράψαντος | τὴν Εὐθυκράτους οὐ|σίαν ὡς δημοσίαν|
οὖσαν, ἢ πλεόνων | ἢ ἑξήκοντα ταλάν|των ἦν, καὶ
μετ' ἐ|κείνην πάλιν ὑπι|σχνουμένου τὴν |* Φιλίππ[ου]
*καὶ Ναυσι|κλέους ἀ[π]ογράψειν | καὶ λέγο[ντ]ος, ὡς ἐξ
ἀ|ναπογρ[άφ]ων μετάλ|λων π[επλ]ουτήκασι, | τοσο[ῦ-
τον οὔ]τοι ἀπέ|λιπον [ἀκο]ύσεσθαί | τινα τ[οιοῦτο]ν
λόγον || ἢ τῶν ἀλλοτρίων | ἐπιθυμεῖν, ὥστε τὸν | ἐν-* C.44
*χειρήσαντα συκο|φαντεῖν αὐτοὺς εὐθὺς | ἠτίμωσαν,
τὸ πέμπτον | μέρος τῶν ψήφων | οὐ μεταδόντες· τοῦ-
το | δ', εἰ βούλει, τὸ πρῴην | ὑπὸ τῶν δικαστῶν|
πραχθὲν τοῦ ἐξελ|θόντος μηνὸς πῶς | οὐ μεγάλου
ἐπαίνου | ἄξιόν ἐστι; φήναν|τος γὰρ Λυσάνδρου τὸ|
Ἐπικράτους μέταλ|λον τοῦ Παλληνέως | ἐντὸς τῶν*

---

1 *ὑποκρινόμενος S: ὁ κρινόμενος B* *ἀ[λλ' οἱ δί]καιοι B in Addendis: [οἱ δ' Ἀθην]αῖοι in textu* 3 *ἐπεὶ S: ὅτι B* 5 *οὔτ' ἔθνος S: ουτε θεων pr. A,* »but it has been corrected rather clumsily to *θεοςα B, qui οὔτε θεός dedit.* 13 *τοσοῦτον S: τοσοῦτο B* 14 *[ακο]υ^{σ}εσθαι A* 15 *ἐγχειρήσαντα B* 16 *ητ^{μ}ιωσαν A* 18 *πρῴην S: πρώην B: προ^{ω}ιην A*

μι[ετ]ρων | τετμημένον, ὃ ἠρ|γάζετο μὲν ἤ[δ]η τρία| ἔτη, μετεῖχον δ' αὐ|τοῦ οἱ πλουσ[ι]ώτατοι | σχεδόν τι τῶ[ν] ἐν τῇ | πόλει, ὁ δὲ Δ[ύσα]νδρος | ὑπισχνεῖτ[ο τρι]ακόσια | τάλαντα εἰσ[πράξει]ν | τῇ πόλει· τ[οσαῦτα
C. 45 γ]ὰρ | εἰληφέναι α[ὐτὸν] ἐκ || τοῦ μετάλλου· ἀλλ' ὅ|μως οἱ δικασταὶ οὐ | πρὸς τὰς τοῦ κατηγό|ρου ὑποσχέσεις ἀπο|βλέποντες, ἀλλὰ πρὸς | τὸ δίκαιον ἔγνωσαν| ἴδιον εἶναι τὸ μέταλ|λον, καὶ τῇ αὐτῇ ψή|φῳ τάς τε οὐσίας αὐτῶν | ἐν ἀσφαλείᾳ κατέστη|σαν καὶ τὴν ὑπόλοι|πον ἐργασίαν τοῦ με|τάλλου ἐβεβαίωσαν.| τοιγαροῦν αἱ καινοτο|μίαι πρότερον ἐκλε|λειμμέναι διὰ τὸν φό|βον νῦν ἐνεργο[ῦνται] | καὶ τῆς πόλεως αἱ | πρόσοδοι αἱ ἐκεῖθεν | πάλιν αὔξονται, ἃς ἐ|λυμήναντό τινε[ς] | τῶν ῥητόρων ἐξ[απα]|τήσαντες τὸν δῆ|μον καὶ δασμολ[ογή]|σαντες τοὺς ἔχ[οντας.] | ἐστὶ γάρ, ὦ ἄνδρ[ες δι]|κασταί, οὐχ οὗτος [ἄρι]|στος πο-
Col. 46 λίτης, ὅ[στις] || μικρὰ δοὺς πλείω | βλάπτει τὰ κοινὰ οὐδ' | ὅστις εἰς τὸ παραχρῆ|μα ἐξ ἀδίκου πορίσας| κατέλυσε τῆς πόλε|ως τὴν ἐκ δικαίου πρόσο|δον, ἀλλ' ὅτῳ μέλει | καὶ τῶν εἰς τὸν ἔπει|τα χρόνον ὠφελίμων|τῇ πόλει καὶ τῆς ὁμο|νοίας τῶν πολιτῶν | καὶ τῆς δόξης τῆς | ὑμετέρας· ὧν ἔνιοι | οὐ φροντίζουσιν, ἀλ|λὰ τῶν ἐργαζομένων | ἀφαιρούμενοι πόρους | φασὶ τούτους πορίζειν, | ἀπορίαν ἐν τῇ πόλει | παρασκευά-

---

2 ετηι A 3 υπεισχνειτο A 4 εἰσπράξειν S: εἰς πρόσοδον B 7 αλα pr. A 11 εκλελιμμενοι A 13 αυζονται A 15 τοὺς ἔχ[οντας] S, nam ἐκ[τημένους] spatium excedit: τοὺς ἐκ[λογεῖς] B

ζοντες· | ὅταν γὰρ ᾖ φοβερὸν | τὸ κτᾶσθαι καὶ φείδε|σθαι, τίς βουλήσεται | κινδυνεύειν;

Τού|τους μὲν οὖν ἴσως | οὐ ῥᾴδιόν ἐστι κωλῦ|σαι ταῦτα πράττειν, ὑ|μεῖς δέ, ὦ ἄνδρες δικα||σταί, Col. 47 *ὥσπερ καὶ ἄλλους | πολλοὺς σεσώκατε | τῶν πολιτῶν ἀδίκως | εἰς ἀγῶνας καταστάν|τας, οὕτω καὶ Εὐξε|νίππῳ βοηθήσατε, | καὶ μὴ περιίδητε αὐτὸν | ἐπὶ πράγματι οὐδε|νὸς ἀξίῳ καὶ εἰσαγ|γελίᾳ τοιαύτῃ, ἣ οὐ μό|νον οὐκ ἔνοχός ἐ|στιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ πα|ρὰ τοὺς νόμους ἐστὶν | εἰσηγγελμένη καὶ | πρὸς τούτοις ὑπ' αὐτοῦ | τοῦ κατηγόρου τρόπον|τινὰ ἀπολελυμένη·| εἰσήγγελκε γὰρ αὐτὸν | Πολύευκτος λέγειν | μὴ τὰ ἄριστα τῷ δή|μῳ τῷ Ἀθηναίων | χρήματα λαμβάνον|τα καὶ δωρεὰς παρὰ | τῶν τἀναντία πρατ|τόντων τῷ δήμῳ | τῷ Ἀθηναίων· εἰ μὲν | οὖν ἔξωθεν τῆς|| πόλεως τινὰς ᾐτι|ᾶτο εἶναι, παρ' ὧν τὰ | δῶρα εἰλη-* Col. 48 *φότα Εὐξέ|νιππον συναγωνί|ζεσθαι αὐτοῖς, ἦν ἂν αὐ|τῷ εἰπεῖν, ὅτι ἐπει|δὴ ἐκείνους οὐκ ἔστι | τιμωρήσασθαι, δεῖ | τοὺς ἐνθάδε αὐτοῖς ὑπηρετοῦντας δίκην| δοῦναι· νῦν δὲ Ἀθη|ναίους φησὶν εἶναι, | παρ' ὧν τὰς δωρεὰς | εἰληφέναι αὐτόν. | εἶτα σὺ ἔχων ἐν τῇ| πόλει τοὺς ὑπεναν|τία πράττοντας τῷ | δήμῳ οὐ τιμωρῇ, | ἀλλ' Εὐξενίππῳ πρά|γματα παρέχεις;*

Βρα|χὺ δέ τι εἰπὼν περὶ | τῆς ψήφου ἧς ὑμεῖς|

---

1 *ην A: *ἦν* B, qui corrigendum monuit ᾗ*   6 *καθισταν-τας pr. A*   8 *εισαγγελια* (ι superscr.) *τοιαυτηιου* (ηι superscr.) *A*   13 *δηι|μωι A*   17 *ηεν pr. A, corr. ηναν*   19 *αὐτοῖς B in notis: αυτους A. An αὐτοῦ?*   22 *τειμωρη A*

μέλλετε φέρειν | καταβήσομαι· ὅταν | γὰρ μέλλητε, ὦ Col. 49 ἄν|δρες δικασταί, διαψη|φίζεσθαι, κελεύετε || ὑμῖν τὸν γ[ρ]αμματέα | ὑπαναγνῶναι τήν | τε εἰσαγγελίαν καὶ τὸν | νόμον τὸν εἰσαγγελ|τικὸν καὶ τὸν ὅρκον | τὸν ἡλιαστικόν. καὶ | τοὺς μὲν λόγους ἁπάν|των ἡμῶν ἀφέλε|τε, ἐκ δὲ τῆς εἰσαγγε|λίας καὶ τῶν νόμων| σκεψάμενοι ὅ τι ἂν | ὑμῖν δοκῇ δίκαιον | καὶ εὔορκον εἶναι, | τοῦτο ψηφίσασθε. ἐγὼ μὲν οὖν σοί, Εὐ|ξένιππε, βεβοήθη|κα ὅσα εἶχον· λοιπὸν | δ' ἐστὶ δεῖσθαι τῶν | δικαστῶν καὶ τοὺς | φίλους παρακαλεῖν | καὶ τὰ παιδία ἀναβιβά|ζεσθαι.

ΥΠΕΡ ΕΥΞΕΝΙΠΠΟΥ
ΕΙΣΑΓΓΕΛΙΑΣ
ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΡΟΣ
ΠΟΛΥΕΥΚΤΟΝ.

---

8 τουτοτο ψηφισασθαι pr. A   11 τα παιδια corr. A: τα δικαια pr. A.

ORATIO
PRO LYCOPHRONE.

Papyri Harrisiani Nr. IX.

τῇ κατηγορίᾳ χρῆ|σθαι, ἰούτω καὶ ἐμὲ | ἐᾶτε ὃν Col. 2 τρόπον προ|ῄρημαι καὶ ὡς ἂν|δύνωμαι ἀπολογεῖ|σθαι· καὶ μηδεὶς ὑμῶν | ἀπαντάτω μοι μετα|ξὺ λέγοντι· „τί τοῦθ' | ἡμῖν λέγεις"; μηδὲ | προστίθετε τῇ κατ[η]|γορίᾳ παρ' ὑμῶν αὐ|τῶν μηδέν, ἀλλὰ | [μᾶ]λ-λον τῇ ἀπολογίᾳ | — — εν — — κ — —|

Nr. XIII.

— — — ὁ νόμος σ[υγ]κα|[τηγὸ]ρεῖ[ν] μὲν τῷ βου| Col. 1 [λομ]ένῳ κατὰ τῶν | [κριν]ομένων ἐξου|[σίαν] δίδωσιν, ἀπολογεῖσθαι δὲ κωλύ[ει. ἵ]να δὲ μὴ π[ρ]ὸ τοῦ | πρά-γματος πο[λλοὺ]ς | λόγους ἀναλ[ίσκω], | ἐπ' αὐτὴν τὴ[ν ἀπολο|γ]ίαν πορεύσομαι, | τοῖς μὲν θεοῖς εὐ|ξά-

---

οὐ δεινόταται μὲν ἀπ' ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτῖνες
ἔλαμπον

κτλ. Cfr. Pacis 749 sqq.

14, 8 *Φιλοκλεῖ τὴν θυγατέρα ἐδίδου*] Quis iste gener Euxenippi fuerit inter tot cognomines Atticos homines latet. Illud facile cognoscitur, Polyeuctum de existimatione Euxenippi malitiose detrahentem rem tetigisse Philoclemque famosum fuisse. Fortasse et ipse Macedonibus favere insimulabatur.

ib. *Δημοτίωνος δίαιταν ἔλαβε*] Difficile est divinare quid haec verba sibi velint, cum neque de Demotione satis constet et *δίαιταν λαβεῖν τινος* diversas patiatur interpretationes. Babingto Demotionem dici suspicatur ganeonem illum apud Timoclem Meinekii III, p. 597

Ὁ Δημοτίων δὲ παραμενεῖν αὐτῷ δοκῶν
τἀργύριον οὐκ ἐφείδετ', ἀλλὰ παρέτρεφεν
τὸν βουλόμενον,

inter quos fuisse Euxenippum significavisse Polyeuctum. Sed verba nec aliam respuunt explicationem hanc: *Demotionis habitationem cepit*, ut *δίαιταν ἔχειν, ποιεῖσθαι* frequenter dicitur. Postremo longe alia mens prodibit, si *δίαιταν* pro *arbitrio* accipias, ut *ἐπιτρέψαι, ἀπωθεῖσθαι δίαιταν* in usu est. In quem finem ascripsit Babingto locum Iamblichi vit. Pythag. 124 p. 264 *ἄλλον δὲ δίαιταν εἰληφότα μεγάλην ἑκάτερον πείσαντα τῶν ἐπιτρεψάντων* ....

14, 9 *ἵν' ἐὰν κτλ.*] confert Babingto orat. Lycophr. p. 26 et fragm. Harris. 9, 2 p. 21 *καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἀπαντάτω μοι μεταξὺ λέγοντι· „Τί τοῦθ' ἡμῖν λέγεις;“* Ceterum orator ad rei iniquitatem exaggerandam universe loquitur de quibusvis accusatis.

14, 15 *ὑπὸ τῇ ὀργῇ τῶν δικαστῶν καταλείπεται*] *ὑπόκειται*. Locutio traducta ad animum, ut proprie dicitur *sub cultro relinquere*, et tralate.

14, 25 *σχοίησαν*] Forma perrara pro usitatiore

σχοῖεν. Ex Damoxeno comico Meinekii vol. IV. p. 532 versu 67 οὐδ' ἂν ἑτέρῳ δοίησαν comparavit Babingto.

15, 1 ὑποκρινόμενος] συκοφαντῶν, fidenter rescripsi quod sententia flagitabat. Librarius ut non raro aliquot litteras, h. l. υπ neglexit.

15, 2 κακῶς ἐμοὶ δοκεῖς εἰδέναι] Ita maluit Hyperides oratione praeter spem ad ipsum adversarium conversa quam δοκεῖ Πολύευκτος scribere. Similiter non raro oratores. Babingto κακῶς εἰδέναι prope idem esse quod ἀγνοεῖν docet allato Harpocr. s. v. κακῶς εἰδότες· ἀντὶ τοῦ ἀγνοοῦντες· Ἰσοκράτης περὶ εἰρήνης §. 32, idemque, si est Isocrates, epist. 7 p. 422. Adde Xenophontem Cyrop. II, 3, 13 κακῶς εἰδότες ὅτι καὶ ἡμεῖς ὑπὸ κρείσσονος διδασκάλου πεπαιδεύμεθα.

15, 3 ἀλλ' οἱ δίκαιοι ταῦτα γινώσκουσι πάντες] Ita locum Babingto reconcinnavit in Corrigendis, cum in textu ipso οἱ δ' Ἀθηναῖοι ταῦτα γινώσκουσι πάντες dedisset, quod nec sententia ipsa fert et a papyri testimonio commendationem non habet. In eo enim ab initio versus — nam post Πολύευκτε versus terminatur — α comparere et ante αιοι litteram κ testatur editor. Amare Hyperides τὴν ἀδικίαν adversarii sugillat. Statim post Babingto peccavit, cum non ἐπεί, sed ὅτι supplevit. Nempe qui iusti sunt — iudices potissimum intelligit — norunt Polyeuctum iniuste facere: *nam* nihil extat quod cum magnanimitate Atheniensis plebis comparari possit, quae soleat civibus maligne vexatis subsidio adesse. — Nunc tamen Babingto in litteris affirmat, se credere οτι in papyro, cuius totum hunc locum microscopice inspexerit, extare. Si id ita est, διότι mallem scripsissem.

15, 4 οὔτε μόναρχος οὔτ' ἔθνος] regibus barbaris civitates liberas iungit, v. interpretes ad Sallust. Cat. 10, 1. Scripturam a me repositam in ipso papyro extare video.

15, 8 Τίσιδος τοῦ Ἀγρυλῆθεν] Homo obscurus;

de nomine Athenis, quod constet, parum usitato dixit Lobeckius Prolegom. Pathol. p. 511.

15, 11 *Φιλίππου*] Philippum eum dici censet Babingto, contra quem exstabat Dinarchi oratio κατὰ Φιλίππου μεταλλικός, v. Sauppii fragmm. Din. 324 coll. p. 338.

15, 13 *ἐξ ἀναπογράφων μετάλλων*] Suidas allatus ab editore s. v. ἀγράφου μετάλλου δίκη (immo γραφή). Οἱ τὰ ἀργύρεια μέταλλα ἐργαζόμενοι ὅπου βούλοιντο καινοῦ ἔργου ἄρξασθαι, φανερὸν ἐποιοῦντο τοῖς ἐπ' ἐκείνοις τεταγμένοις ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ ἀπεγράφοντο, τοῦ τελεῖν ἕνεκα τῷ δήμῳ εἰκοστὴν τετάρτην τοῦ καινοῦ μετάλλου. εἴ τις οὖν ἐδόκει λάθρα ἐργάζεσθαι μέταλλον, τὸν μὴ ἀπογραψάμενον ἐξῆν τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι καὶ ἐλέγχειν. Attigit hanc litem Boeckhius in commentat. de argentifodinis Atticis p. 129. In pauca contulit Suidam lexicon Bekkeri Anecdd. I, 184, 27.

15, 13 *ἀπέλιπον ἀκούσεσθαι*] Infinitivus futuri exigendus ad normam talium qualia sunt ἐβούλοντο τιμωρήσεσθαι, ἐφίεντο ἄρξειν rell. apud Lobeckium post Phryn. p. 747 sq. et Kruegerum ad Thucyd. I, 27, 2. Sed in altera parte membri sufficiebat praesens ἐπιθυμεῖν.

15, 21 *τὸ Ἐπικράτους μέταλλον τοῦ Παλληνέως*] Ἐπικράτης Μενεστράτου Παλληνεύς extat in titulo Attico Olymp. circ. 100 in Corp. Inscrr. 158 vol. I, p. 255. Rem ipsam illustrat Babingto citato loco Demosthenis πρὸς Πανταίνετον 36 p. 977 ἄν τι ἀδικῇ τις περὶ τὰ μέταλλα, εἰσὶ δίκαι. ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν; ἂν τύφῃ τις, ἂν ὅπλα ἐπιφέρῃ, ἂν ἐπικατατέμνῃ τῶν μέτρων ἐντός. De his Boeckhius in eadem commentatione p. 132: „Man hat vorgeschlagen, ἐκτός zu schreiben, welches allerdings den sinn klarer giebt, aber doch eine unwahrscheinliche verbesserung ist. Ἐντός scheint gleich dem lat. *citra* das diesseits und jenseits zu bezeichnen, je nachdem der betrachtende den

standpunct wählt, wie bei Herod. 3, 116 ἐντὸς ἀπέργονται heisst: sie schliessen jenseits von uns betrachtet ab, aber diesseits von den ländern aus, welche abschliessen. So heisst also ἐπικατατέμνειν ἐντὸς τῶν μέτρων jenseits der eigenen gränzen schürfen, aber diesseits der gränzen in bezug auf diejenigen deren gebiet verletzt wird.“ Haec pulchre confirmat Hyperides.

16, 1 ἠργάζετο] De augmento non vulgari Crameri Ann. Oxon. IV, 412, 22 (coll. 179, 5) Ἐργάζομαι, εἰργαζόμην, ὅπερ καὶ διφορεῖται· τινὲς μὲν γὰρ διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφουσιν αὐτό, τινὲς δὲ διὰ τοῦ η. Ita in Atticis titulis C. Inscrr. I, 162, 7 ἠργάζετο, 456 ἐξηργήσατο, et in Smyrnaeo 3270 ἠργασμένος. Nec raro ita libri vetustiores scriptorum, veluti apud Demosth. de cor. 218 p. 301 ἀπηργάσατο codex Σ, v. Dindorf. ad Aristoph. Eqq. 1221 et in Thes. Steph. s. v.

16, 3 ὁ δὲ Λύσανδρος ὑπισχνεῖτο] Expectari potius post φήναντος καὶ ὑπισχνουμένου, οἱ δικασταὶ ὅμως . . . . animadvertit Babingto. Nimirum ipse cursus orationis scriptorem invitavit ad membrum illud ὁ δὲ Λύσανδρος ὑπισχνεῖτο inserendum et superioribus opponendum. Quo semel admisso ἀλλ' ὅμως in fronte apodosis posuit ad verbum finitum ὑπισχνεῖτο reversus.

16, 9 αὐτῶν] τῶν μετεχόντων τοῦ μετάλλου.

16, 11 αἱ καινοτομίαι] Pollux 7, 98 καινοτομίαι μετάλλων. Idem a Babingtone allatus 3, 87 ἐπικατατέμνειν, καινοτομεῖν, καινοτομία. Adde Phot. s. v. καινοτομεῖν· καινὴν λατομίαν τέμνειν, κυρίως. Cfr. Boeckh. ad C. Inscrr. I, p. 288ᵇ. Et ita Xenophon de vectigal. 4, 27 καὶ μὴν καινοτομεῖν γε οὐδὲν ἧττον ἔξεστι νῦν ἢ πρότερον.

16, 15 δασμολογήσαντες τοὺς ἔχοντας] Etsi τοὺς εκ litterae in papyro manifesto comparent, tamen τοὺς ἔχοντας, *divites*, sufficere non dubitavi: χ enim et κ persimilia sunt in libro vetere. Ad sententiam confer

Isocratis epist. 7 p. 422 ἔνιοι οὐδὲν ἄλλο σκοποῦσι πλὴν ὅπως αὐτοὶ ϑ' ὡς μετὰ πλείστης ἀσελγείας τὸν βίον διάξουσι τῶν τε πολιτῶν τοὺς βελτίστους καὶ πλουσιωτάτους καὶ φρονιμωτάτους λυμανοῦνται καὶ δασμολογήσουσιν. — Nunc tamen prope malim ἐξ[ι]τημένους, cum ex liquido appareat in papyro et in fine versuum litterae interdum paullo minutiores exarentur, ut non verendum sit, ne spatium hanc formam non capiat. Accedit quod ultimi versus singularum columnarum ab altera parte paullulum excrescentes plurium litterarum capaces fiunt.

17, 7 μὴ περιίδητε αὐτὸν] *nolite negligere eum et iniuria sinere affici.* Perraro περιορᾶν in hunc modum nullo participio addito usurpatur: expectares ἀπολλύμενον, φθειρόμενον vel aliquid tale.

17, 19 αὐτοῖς ὑπηρετοῦντας] scripsi cum editore. Sed fortasse ἐνθάδε αὐτοῦ rectius erit, cum αὐτοῖς ex superioribus (συναγωνίζεσθαι αὐτοῖς) facile iteretur.

17, 22 τιμωρῇ] cfr. ad p. 6, 19.

II. IN ORATIONEM PRO LYCOPHRONE.

Extabant testimonia scriptorum de duabus orationibus Lycurgi contra quendam Lycophronem habitis, quem alii ex Butadarum gente fuisse, et ii solo nomine ducti, alii tyrannum illum Pherensem autumaverunt. Utrosque lapsos esse nunc patefit: erat Lycophro Atheniensis rei equestri unice deditus, nuper magistri equitum munere functus in Lemno insula, olim *φύλαρχος* Athenis, in quibus ille muneribus cum laude versatus est.

Sed Lycurgi *utraque oratio* — Meieri sunt verba in commentatione de vita Lycurgi et de Lycurgi orationum reliquiis Halis Saxon. a. 1847 edita p. CXXVII. — *in εἰσαγγελίᾳ ὕβρεως et prior quidem in priore actione, cum de re, altera in secunda actione habita esse videtur, cum de poena sive litis aestimatione ageretur.* In eodem autem iudicio Lycophronem ab Hyperide esse defensum perviderat idem Meierus in libro de litt. Atticis p. 260: quanquam nunc apparet, Lycophronem orationem ab Hyperide sibi compositam dixisse ipsum. Ad locum quendam Lycurgeae orationis respondet Hyperides p. 27, 14, ut scite observavit editor Cantabrigiensis. Usum autem Lycurgum esse *εἰσαγγελίᾳ* ex Polluce 8, 52 homines docti sumpserunt: *ὅτι ὁ εἰσαγγείλας καὶ οὐχ ἑλὼν ἀζήμιος ἦν Ὑπερείδης ἐν τῷ ὑπὲρ Λυκόφρονος φησίν:* id nunc dicit orator p. 26, 3. 27, 18. Nec fugit Meierum reprehendisse Hyperidem, quod accusator non mitiore et aequiore esset iudicio usus: quo

rettulit Pollucem 9, 56 *ἐν τῷ Ὑπερείδου ὑπὲρ Λυκόφρονος εὗρον γεγραμμένον· „ἢ νεωρίων προδοσίαν ἢ ἀρχείων ἐμπυρισμὸν ἢ κατάληψιν ἄκρας.“* Ubi ad integritatem sententiae deesse arbitratur hoc fere: *εἰσαγγέλλειν χρή, οὐ μέντοι τοιοῦτό τι νεανίευμα.* Forsitan recte: sed si orationem Euxenippeam comparabis p. 3, 6 et 16 (*οὕτως ὑπὲρ μεγάλων ἀδικημάτων καὶ περιφανῶν αἱ εἰσαγγελίαι τότε ἦσαν*), rectius supplebis: *τότε* vel *τὸ πρότερον εἰσήγγελλον*, secuti illi *τὸν εἰσαγγελτικὸν νόμον*, qui est Euxenipp. p. 5, 11 sqq. Illa autem reprehensio Hyperidis locum in prooemio vel in priore certe parte defensionis habuit, prorsus ut in exordio gemellae orationis Euxenippeae abusum *τῆς εἰσαγγελίας* exagitat Hyperides.

Praeter haec Meierus suspicatus est, *ὕβριν* Lycurgeis orationibus vindicatam in stupro constitisse, quod fuerit homini libero illatum. In alterutra enim oratione Lycurgea videri lectum esse locum communem, quo in moechos copiose et graviter invectus erat orator teste Theone Progymnasm. 2 (I, 162 Walz.). Sauppius autem Lycophronem opinatur stuprum virgini *ἐπικλήρῳ* intulisse, quam illum fortasse rapuisse et in domo aliqua privata retentam stupratam esse. De virgine nihil est: *μοιχείαν* verissime agnovit Meierus, cfr. p. 28, 20 sqq., sed moecham uxorem alicuius civis fuisse hodie discimus ex p. 24. Scilicet de genere caussae Meierum et Sauppium praeconcepta quaedam opinio elusit. Fidem enim habuerunt Harpocrationi, qui *αἱ τῆς κακώσεως εἰσαγγελίαι*, inquit, *τῷ διώκοντι ἀζήμιοι, κἂν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων*, cfr. Isaeum de Pyrrh. 47 et de Hagn. 31 ibique Schoemannum p. 470. At Pollux tamen universe loquitur l. c. additque Theophrasto auctore *τοὺς εἰσαγγέλλοντας μὴ ἀτιμοῦσθαι μέν, ὀφλεῖν δὲ τὰς χιλίας. ἔοικε δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ῥᾳδίως εἰσαγγέλλοντας ὕστερον* (post Hyperiden dicit) *προσγε-*

γράφϑαι. Recte vero Pollux: etenim Lycurgus non ὕβρεως vel κακώσεως nomine Lycophronem arcessiverat πρὸς τὸν ἄρχοντα, sed aucto in maius crimine coram populo καταλύειν τὸν δῆμον παραβαίνοντα τοὺς νόμους p. 27, 14 detulerat. Ita enim vel licebat vel libebat virtutis rigido custodi τὸν εἰσαγγελτικὸν νόμον applicare ad Lycophronem, quem v. p. 5, 11. Idemque in similibus caussis multi imitati sunt, quoniam etiamtum τοῖς διώκουσιν ἀκινδύνως εἰσαγγέλλειν ἐξῆν. Illud mirationem facit, cur Hyperides in Euxenippi defensione impunitatis consectationem non exprobaverit Polyeucto. Denique scimus Hipparchum Pisistratidam eiusque caedem non procul Melanippeo commemoratam fuisse in Lycurgeis orationibus: quae res quo vinculo cum caussa constricta fuerit docte adumbrat Kiesslingius p. 44, uberius exornat Sauppius in Zimmermanni diar. antiq. a. 1836 p. 422 et Meierus l. c., hodie vix eget admonitione.

Nunc cum prior pars orationis Hyperideae eaque, ut par est credere, maior intercepta sit, at caput tamen accusationis servatum habemus; de aliis criminibus, quorum reum egerat Lycurgus eundem Lycophronem, parum constat. Nisi quod hoc dilucescit, consuetudinem illam cum muliere antea alii civi, post Charippo cuidam nupta fontem reliquorum delictorum fuisse. Nam nemo dubitabit, quin primarium argumentum accusationis praestent ea, ad quae a se amolienda Lycophro p. 23, 17 transitum parat. Sed praeter contumeliosam vim, quam Lycophro liberae feminae publice intulisse arguebatur, cum ea ad secundum maritum deduceretur, Lycurgus cumulaverat plura a reo, homine, si accusatori fides est, facinoroso et perdito probrose et nefarie commissa.

Nunc ne illud quidem in obscuro est, quorsum spectaverint ea quae Lycurgus dixerat similia horum Hyperidis ex oratione in Mantitheum: ἔϑεσαν (maiores nostri) οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν ἐλευϑέρων, ἀλλὰ καὶ ἐάν

τις εἰς δοῦλον σῶμα ὑβρίσῃ, γραφὰς εἶναι κατὰ τοῦ ὑβρίσαντος. His paria posuisse Lycurgum ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος πρώτῳ auctor Athenaeus est VI, 266[F]. Usurpaverat haec accusator, ut doceret, cur Lycophronis crimina digna εἰσαγγελίᾳ essent. Eodem revolvuntur verba fr. 1: Θαυμάζω δ' ἐγὼ εἰ τοὺς ἀνδραποδιστὰς τῶν οἰκετῶν ἡμᾶς ἀποστεροῦντας μόνον θανάτῳ ζημιοῦμεν, *eos vero qui liberis hominibus vim inferant et sorores vel uxores nostras nobis eripiant* (potius *corrumpant*), *leviore poena afficimus.* In hunc modum explevit sententiam Sauppius verissime. Ceterum Lycurgus latius expatiatus videtur etiam in his orationibus, ut solebat παρεκβάσεσι χρῆσθαι ἐπὶ μύθους καὶ ἱστορίας καὶ ποιήματα φερόμενος.

Hyperideae orationis praeter illa quae supra tetigimus duo supersunt loci ex ea parte quae amissa est. Primum refert Pollux 2, 152: Ὑπερείδης ἐν τῷ ὑπὲρ Λυκόφρονος καὶ τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν ὀνομαζόμενον χειρόγραφον χεῖρα ὠνόμασεν, εἰπών· οὔτε γὰρ τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα δυνατὸν ἀρνήσασθαι, quae verba Babingto ad Euphemum pertinere suspicatus est. Alter locus est Polluc. 9, 137, ubi νωθρεύεσθαι verbi usum apud Hyperiden ἐν τῷ ὑπὲρ Λυκόφρονος vituperat.

Percurramus orationis quas recuperavimus reliquias ipsas. Lycurgus cum acervum criminum in orationem suam constipavisset cum primario crimine Lycophronis parum coniunctorum, prooemio reus rogat, ut per iudices sibi liceat defensionem prouti ipsi videatur peragere: nec quisquam, inquit, mihi obstrepat, si commemoravero quae a re ipsa seiuncta videbuntur, neve crepet istuc: „Quid tu haec nobis narras?" Istam enim accusatoris culpam esse. Deinde in fine praefationis, ut in caussa capitali, et deos invocat, ut se ex hoc periculo salvum velint, et iudices, ut attente sese audiant, obtestatur.

Quae ex priore parte defensionis decerptae particu-

lae quaedam extant difficile dictu est quo modo cum Lycophronea caussa cohaereant: de Euphemo deque Aristone et Theomnesto quid suspicemur dictum est infra in scholiis.

Tum p. 23, 17 continua nos excipit oratio eaque in summa re omnis accusationis occupata. Narrat enim Lycophro, adversarii sui, Lycurgus cum subscriptoribus, quibus semet criminibus petiissent cum primum in contione populi denunciaverunt: quae se, absens enim reus factus erat, ex epistolis familiarium suorum comperisse. Igitur Lycurgum narravisse, id quod ex amicis auditum diceret, Lycophronem in pompa nuptiali mulieris, cuius moechus fuisse dicatur, ad illam accessisse eique in aurem insusurrasse, ne rem cum novo marito, Charippo, haberet seque sibi reservaret integram. Hoc si verum sit, confiteri sese ait etiam reliqua deliquisse omnia quae sint in isangelia scripta: sed istum falsum rumorem esse facile se obtinere posse sperat. Nam in tanta hominum frequentia neque latere se potuisse neque praesentem poenam et vim subterfugere: etenim in comitatu fuisse Dioxippum, fratrem mulieris, et Euphraeum pancratiastam, illius comparem, omnium consensu universorum tum Graecorum robustissimos. Hos illico interempturos semet fuisse. Nec, quod caput rei sit, Charippum eiusmodi uxorem, quae se addiceret moecho, fuisse ducturum.

Exinde in locum communem delapsus exequitur quam iniqua conditione utantur rei, contra quam praeclare agatur cum accusatoribus, quibus liceat quicquid velint dicere impune. Male autem egisse Lycurgum, quod advocatos, si qui forte sibi affuturi sint, in praeiudicium adduxerit iudicum, cum tamen nihil civilius sit, quam homines dicendi gnaros amicis periclitantibus auxiliari. Immo Lycurgum defensionem rei ad certam quandam normam alligantem iudicibus de quibus rebus audiendus sit, de quibus non sit, praescriptum dedisse. Porro

accusatorem suum ad εἰσαγγελίαν descendisse, cum γραφὴν πρὸς τοὺς θεσμοθέτας deferre debuerit, si salvas leges esse vellet, quas ille levi pede transiluerit ipse, qui a semet migratas esse clamet. Sese autem affirmat reus neque in hac muliere peccavisse neque ab accusatore suo in medium proferri posse alterum exemplum peccati in muliere.

Postremo iudices admonet, ut, quod in tali caussa summum sit, vitam suam ante actam considerent, animo a calumniis accusatoris averso. Etenim in eiusmodi maxime crimine μοιχείας plurimum referre, qualem quis per omne superius aevum sese gesserit. Parum enim esse credibile, desubito moechum evadere qui ad quinquagesimum annum nihil in se culpae admiserit. Talem se esse, qui semper in luce urbis et in oculis civium vixerit, alendis equis studiisque equestribus mire oblectatum. Quod propter studium praemia laudis sese eximia tulisse, cum ab Atheniensibus primum phylarchus, mox hipparchus lectus et Lemnum legatus sit, qui equitibus Atheniensibus praeesset. Ibi se ab ambabus urbibus insulae coronatum esse iteratis vicibus nec quidquam sibi neque publice unquam neque privatim crimini esse datum.

In fine orationis petit a iudicibus, ut concedant advocatis suis pro sese verba facere, qui et gravissimo iudicio circumventus sit et eloquentiae facultate careat. Nec frustra imploravit iudices: statim surgit amicum defensurus Theophilus.

Si de exitu iudicii quaeris, captiosae ratiunculae rei, quas ille cum testibus certisque argumentis confirmare non posset ἐκ τῶν εἰκότων repetit, nihil illi profuerunt. Condemnatus est. Nam si altera Lycurgi oratio in aestimatione litis habita est, Lycophronem caussa cecidisse consequens est. Legimus praeterea, nunquam Lycurgum quenquam publico iudicio postulavisse quin vicerit.

Tempus habitae orationis aliqua ex parte colligitur ex commemoratione Dioxippi. Qui Alexandrum in Asiam secutus in Indis sibi necem intulit a. 326. Ante illum igitur annum haec acta sunt.

Harrisiani papyri laceras columnas tres nihil commune habere cum oratione contra Demosthenem, cuius partes reliquae columnae conservaverunt, sed ad orationis defensoriae in caussa publica habitae prooemium pertinuisse editores suo quisque acumine perspexerunt, A. Boeckhius de oratt. Hyperid. reliquiis Harrisianis p. 40, H. Sauppius Philologi vol. 3, 683 et Oratt. frgmm. p. 352[b], denique doctissimus nostrarum orationum editor, qui non visis popularium nostrorum curis easdem reliquias publicavit Londini et Cantabrigiae a. 1850, p. 73 sqq. Idem Babingto, postquam certissimis indiciis evictum est, Harrisiana folia a papyro Ardeniano esse avulsa, verissime intellexit, Lycophroneae orationis prooemio illas columnas ascribendas esse. Simul illud nunc summe probabile fit, non recte adversatum esse H. Sauppium sententiae Boeckhii, col. XVII ad orationem aliquam hereditariam accenseri prohibentis. Nam cum in parte orationis nunc reperta Euphemi illius recurrat mentio, ad Boeckhii iudicium magna facta est probabilitatis accessio. Meminerimus modo, coacervavisse Lycurgum multa variaque crimina in eum quem reum detulerat Lycophronem. Quanquam quo tandem vinculo res Euphemi satis tenebricosae cum caussa colligatae fuerint nemo facile se assequi posse speret, nisi cui divinare magnus donavit Apollo.

IX, col. 2, 1 *τῇ κατηγορίᾳ χρῆσθαι*] Sauppius sententiam ita fere redintegrat: *ὥσπερ καὶ τοῖς ἀντιδίκοις ἐπετρέψατε ὡς ἐβούλοντο τῇ κατ. χρ.* Conferunt Demosthenem orat. de cor. 2 *τοῦτο (τὸ ὁμοίως*

ἀμφοῖν ἀκροάσασθαι) δ' ἐστὶν οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδὲν, οὐδὲ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην ἀμφοτέροις ἀποδοῦναι, ἀλλὰ καὶ τὸ τῇ τάξει καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, ὡς βεβούληται καὶ προῄρηται τῶν ἀγωνιζομένων ἕκαστος, οὕτως ἐᾶσαι χρήσασθαι. Cfr. col. 8 sqq.

2, 3 καὶ μηδεὶς ὑμῶν . . .] orat. Euxenippeae p. 14, 9 ἵνα . . . ἀπαντῶσιν αὐτοῖς οἱ δικασταί „τί ταῦθ' ἡμῖν λέγετε"·

XIII, 1, 7 ὁ νόμος συνκατηγορεῖν μὲν . . .] Praecedebat fere οὐ γὰρ vel οὐ γὰρ δή, τοι. Similia rursus col. 9 sq. Mox versu 10 unus Babingto voluntatem librarii, qui διδωσισιν απολογεισθαι pinxit, adeptus videtur, nec debebat nunc sententiam suam retractare Sauppioque manus dare. In archetypo, ut opinor, supra δίδωσι positum erat σιν, quod scriba in verborum contextum intulit imprudens. Scilicet queritur Lycophro, accusatori συγκατηγόρους adesse, sibi vel defensionem suam eripi, non modo auxilium amicorum, cfr. col. 8 sqq.

XVII. Videndus de his Boeckhius p. 45 sqq. et Sauppius p. 353 Oratt. frgmm. Ego ut in re prorsus opinabili Boeckhii commenta paucis affero: „Der sprecher war beschuldigt, durch den Euphemos dem kinde nach dem leben getrachtet zu haben; letzterer wurde angeblich auf der that ertappt und doch nicht durch ἀπαγωγή vor gericht gestellt, sondern man liess ihn ziehen; „also", schliesst der redner, „ist die thatsache selbst falsch, deren anstifter ich gewesen sein soll. Dem kinde ist gar nicht nachgestellt worden." So komme ich dahin, wegen beabsichtigter tödtung eines kindes sei der sprecher belangt, nicht aber wegen eigenhändiger nachstellung, sondern wegen der aufstellung des Euphemos zu der that." Contra haec Sauppius, qui ex oratione hereditaria sumpta haec opinaretur: „Equidem litem hanc fuisse puto. Atheniensis moribundus uxorem noverat gravidam esse. Scripsit

igitur in testamento, ut si filius non natus esset ad actores hereditas perveniret. Postumus nascitur. Actores irati dicunt testamentum illud ab avunculo postumi vel alio cognato suppositum esse. Antea Euphemus quidam hereditatem petiverat: hoc, si testamentum non extitisset, affines non impedivissent, cum de hereditate lite constituendum esset (κλῆρος ἐπίδικος); sed Euphemum impediverant, itaque suum heredem extare ea ipsa re confirmaverant." Ex col. 11 tametsi discimus, necessitatem aliquam intercessisse Euphemo cum muliere illa, quae secundas nuptias cum Charippo iniit, Euphemumque illi talentum argenti pro dote donavisse, tamen iis quae in parte priore orationis de Euphemo dicta erant parum lucis affertur. Sed quaecunque illius partes fuerunt, incidunt in id tempus, quod inter priores et alteras nuptias mulieris a Lycophrone corruptae interiacet.

XVII, 1, 16 *ἀπάγειν*] Boeckhiano supplemento unice favere papyrum oculatus testis affirmat Babingto.

XVII, 2, 21 *ταύταις ταῖς διαθήκαις ἰσχυρίζεσθαι*] Confer ad orat. Euxenipp. p. 4, 14.

Papyri Ardeniani col. 1. 2. De his misere mulcatis eadem cantilena iteranda est. Nam non claret, quid haec ad Lycophronem: ex col. 2 autem hoc tantum colligi potest, Aristonem quendam et Theomnestum ita pepigisse inter se, ut alter malis artibus pecuniam extorqueret de hominibus, quos ille metu delationum terreret, alter servos coemeret illa pecunia, quos ita mercenarios locabat, ut ad architectum fraudis aliquid turpis mercedulae rediret.

col. 1, 3 *διὰ τί* Babingto posuit. Quidni *διατί[θησι* vel aliquod eius verbi inclinamentum? Manum et h. l. et reliquis abstinere satius erit. Ecquis enim spondebit, ut hoc utar, p. 24 col. 1, 2 *Διονύσιος* positum fuisse ab auctore et non vel *ἑκο]ύσιος* vel *ἀκο[ύσιος* vel *'Αχερδο[ύσιος* vel nescio quod vocabulum in *υσιος* terminatum?

p. 23, 2 αὐτός] Aristonem intelligit Babingto, cui subiectum verbi εἶχεν Dionysius ille videtur. Ego αὐτὸν potius putem eum dici cuius nomen intercidit.

23, 4 ὅτ' ἦν τούτων ὁ ἀγὼν πρὸς Ἀρχεστρατίδην] Pulchre Archestratiden revocavit Babingto. Extabat Hyperidis oratio κατ' Ἀρχεστρατίδου, cuius reliquias composuit Sauppius Oratt. frgmm. p. 283.

23, 5 τοιοῦτο γάρ ἐστι τὸ Ἀρίστωνος τουτουῒ πρᾶγμα· αὐτὸς . . .] Fraudi fuit editori, quem sententia verborum suorum τὸ ἄριστον τουτουῒ πράγματος, quae ne graece quidem dicta sunt, frustra torsit, quod post πραγμα duas litteras absumptas esse per lacunam non animadvertit. *Ipsi* Aristoni (αὐτός) opponitur sodalis Theomnestus.

23, 7 περιὼν] Eandem formam Boeckhius tuitus est in fragm. orat. contra Demosth. p. 14. Merito. Satis enim constat de hac forma ex comicis poetis (v. Dobreum ad Arist. Vespp. 1020 et Meinekium ad Pherecratem I, 348 et ad Platonem p. 685); qui cum vitae consuetudinem sectarentur, ne in pedestribus quidem scriptoribus haec forma librariorum videtur oscitationi tribuenda esse, quae fuit sententia G. Dindorfii Thes. Steph. VI, 815. Equidem nec apud Thuc. 1, 30, 3 περιόντι τῷ θέρει nec apud Xenoph. Hell. 3, 2, 25 περιόντι τῷ ἐνιαυτῷ contra fidem librorum exterminaverim. Conferendus etiam Ahrens de dial. Dor. p. 357. 574.

23, 11 Θεομνήστῳ] Theomnestum cur maluerim hominem nominare quam vel Theophrastum vel Theognostum vel si quid simile sonat caussa haec fuit, quod nomen in Attica vulgatius placebat. Nam Θεόκτιστοι aut extremae aetatis sunt aut non Attici, veluti Papius Θεόκτιστον Ieten in ordinem recepit.

23, 13 παρέχει ὥσπερ τοῖς λῃσταῖς ἐπισιτισμὸν . . .] Haec verba ancipitem intellectum habent. Audiamus editorem, qui in Addendis haec scripsit: „Hy-

perides seems to mean that Theoctistus furnished Ariston's slaves with food, and kept them in readiness like a band of pirates, for any service that might be required. If Dionysius and not Theoctistus himself was the nominative to εἶχεν in line 2, we must suppose, that Theoctistus let the slaves to him at a profit." Aliorsum ducit articulus τοῖς λῃσταῖς. Mihi ἐπισιτισμὸν παρέχειν Theomnestus dici videtur non servis a se emptis, sed ei qui corrogabat pecuniam, Aristoni. Nempe praedones tum ita videntur tenuisse, ut ἐπισιτισμὸν in dies acciperent ab iis, quorum in servitutem homines a se captos tradidissent. Ita Theomnestus, si quid video, Aristoni quotidie praebebat obolum in singulos servos, ut οἱ ἀνδραποδισταὶ τοῖς λῃσταῖς ἐπισιτισμόν. Laudabitur qui haec rectius enarrata dabit. Ceterum de servis usui aliorum locatis v. Boeckh. oecon. Attic. I, 101 sq.

23, 22 οἱ οἰκεῖοι] Articulus abesse non potest. Nullum genus errorum in papyro frequentius est quam omissio syllabarum similium earundemve.

24, 1 ἐν αἷς] Quaeres, ἐν τίσιν? Quominus credamus αἰτίας dici prohibent, opinor, ὅτι Λυκοῦργος λέγει verba. Ergo ex ἀπέστειλαν γράψαντες elice nomen quo referatur ἐν αἷς, ἐπιστολαῖς. At de scripturae veritate dubito.

24, 4 τὴν γυναῖκα] de qua in deperdita parte orationis sermonem fuisse etiam ex frgm. Harris. XVII, ubi Euphemi memoria est, colligitur.

24, 5 ὅπως μὴ πλησιάσει] Non cunctanter descivi a codice πλησιασῃ offerente, non quo canoni Dawesiano timerem, sed ne oratio iuncto aoristi coniunctivo cum futuro διαφυλάξει inaequalis efficeretur et fatua. Nec librarius hoc loco solo peccavit in exitu verborum, cfr. ad orat. Euxenipp. 6, 19.

24, 6 διαφυλάξει αὐτήν] Aeschines Timarch. 182 p. 26 affert Babingto: εὑρὼν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα

διεφθαρμένην καὶ τὴν ἡλικίαν οὐ καλῶς διαφυλάξασαν μέχρι γάμου. Similiter Xenophon Memm. 1, 5, 2 εἰ βουλοίμεθά τῳ ἐπιτρέψαι ἢ παῖδας ἄρρενας παιδεῦσαι ἢ θυγατέρας παρθένους διαφυλάξαι.

24, 12 τοῦτ' οὐκ ἔστιν] B in Addendis ταῦτ' idque rectius. Ego tamen nunc ψευδῆ ἐστίν praeferam.

24, 16 ὀρεωκόμον] Connivet ad hanc formam editor, postquam Lobeckius post Phrynich. p. 696 alteram, ὀρεοκόμος, tanquam ἀττικωτέραν commendavit. Nunc fortasse vir summus aliter sentit, ex quo Fritzschius potissimum ad Thesmophor. 491 gravibus caussis vindex alterius formae extitit. Adde Buttmann. gr. gr. II, 458 Lob. et ipsum Lobeckium in admirabili opere Pathologiae vol. I, 534 not. Hodie in plerisque locis scriptorum apud Pierson. Ael. Herod. p. 449 et Thes. Steph. s. v. ὀρεωκόμος ex codicibus restitutum est.

ib. προηγητήν] Hesych. s. v. ὁ τοῦ ζεύγους προηγούμενος ἐν τοῖς γάμοις. Accuratius Eustathius Od. 1399, 18 ex lex. rhetor., quam glossam probabiliter ex hoc ipso loco manasse censet Babingto: ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ ἡγεῖσθαι καὶ ἐπὶ γάμου πομπῆς. καὶ προηγητήρ φασιν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ προηγητὴς παρ' Ἀττικοῖς, ὁ τοῦ ζεύγους ἡγούμενος ἐν τοῖς γάμοις.

24, 17 τῷ ζεύγει, ὃ ἦγεν τὴν γυναῖκα] Quod ὃ scripsi et per se certum erat et nunc conspecta tabula ab ipso librario correctum video. Nam supra sigma punctum positum est, signum delendi. Ne ἦγε quidem invito codice dari oportuit, ut aliis locis nunc video ν detraxisse editorem tacite. Vide de usu oratorum Voemelium in progr. Francofurtano a. 1853 „De N et Σ adductis literis." Ita papyrus noster cum alibi tum 22, 20 ἔπαθεν τὸ παιδίον. De ζεύγει autem ἡμιονικῷ deque omni more pomparum nuptialium videndus Photius s. v. ζεῦγος p. 46, 22 Lips. et reliqua apud Hermannum Antiqq. privat. 31, 12 sqq.

25, 1 *Διώξιππος*] frater mulieris, cuius ille *κύριος* erat viduae. De hoc nobilissimo pancratiasta *ταῖς ἐπιφανεστάταις νίκαις ἐστεφανωμένῳ* (Diodorus Sic. 17, 100) Aelianus V. H. 10, 22 *Διώξιππος παρόντος Ἀλεξάνδρου καὶ Μακεδόνων ῥόπαλον λαβὼν Κόρραγον τὸν Μακεδόνα ὁπλίτην μονομαχήσας καὶ ἐκκρούσας αὐτοῦ τὸ ξυστὸν καὶ ἁρπάσας τὸν ἄνδρα σὺν τῇ πανοπλίᾳ ἐπιβὰς ἐπὶ τὸν αὐχένα αὐτοῦ κειμένου τὴν μάχαιραν, ἣν ὑπέζωστο, ὑφαρπάσας ἀπέκτεινε τὸν ὁπλίτην. ἐμισήθη δὲ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου· ὁ δὲ ἀπογνοὺς ὡς μισηθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου καὶ ἀθυμήσας ἀπέθανεν.* Adde historiolam de Dioxippo Olympionica 12, 58. Babingto attulit Athenaeum VI, 251[a] *Ἀριστόβουλος φησὶν ὁ Κασανδρεὺς Διώξιππον τὸν Ἀθηναῖον παγκρατιαστὴν τρωθέντος ποτὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ αἵματος ῥέοντος εἰπεῖν*

Ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.

Uberiora de homine, quem *pugilem nobilem et ob eximiam virtutem virium regi Alexandro pernotum et gratum* vocat, Curtius Rufus IX, 29 et Diogenes Laertius Diogene Cynico VI, 43 et 61. Pinxit teste Plinio N. H. 35, 11, 140 *Alcimachus Dioxippum qui pancratio Olympia citra pulveris iactum, quod vocant aconiti, vicit.*

25, 4 *Εὐφραίου τοῦ προσγυμναστοῦ αὐτοῦ*] Harpocr. s. v. *Δημοσθένης Φιλιππικῷ θ΄. οὗτος Ὠρείτης ἦν τὸ γένος, μετέσχε δὲ καὶ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς.* Eundem tamen dicere Hyperidem non credo. Euphraeus compar fuit Dioxippi, quocum luctando exercitabatur, *his fellow-wrestler.* Vox nova: verbum fortasse eodem intellectu posuit Galenus vol. 6 p. 97 *πολλάκις μεταβαλλέτω τὸν προσγυμναζόμενον ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ*, ubi *προγυμναζόμενον* praeter necessitatem corrigunt. Alii *συγγυμναστήν* vocant quem Hyperides *προσγυμναστήν.*

25, 9 *ἀπαγχόμενος*] Babingtonis scripturae *ἀπα-*

γόμενος licet ductus codicis, in quo sane *γομενος* satis clare extat, lenocinari videantur, res ipsa repugnat. Nam profecto homines omnium tum Graecorum valentissimi viribus non erant *ἀπαγωγῇ* usuri, etiamsi per leges liceret, sed facturi quod erat ipsorum, *ἀπάγχειν:* tractant fabrilia fabri. Ita ergo scripsi: nam *πνι]γόμενος* brevius est quam pro spatio, *ἀποπνι]γόμενος* paullulum excurrit longius. Nunc demum congruit quod sequitur: *τίς γὰρ ἂν ἠνέσχετο . . . . καὶ οὐκ ἂν ἀπέκτεινε τὸν λέγοντα;* sive sic scripsit auctor sive *ἀπέσφαξε*.

25, 13 *καὶ μιαρῶν*] Codex dilucide *μικρῶν*, quod sententia respuit, quae haec est: *post illa tam foeda et impudenter dicta Charippum sustinuisse istam mulierculam ducere uxorem!*

25, 19 *Ἡρακλῆς*] Si manum auctoris assecutus est Babingto, orator dicit, neminem neque furiosum hominem neque fatuum tale facinus facturum fuisse. Sed Margitae exemplo cum saepenumero utantur veteres, Herculis insania non ita, quod meminerim, in consuetudinem abiit. Quanquam Herodorus bis insaniisse narravit, primum post caedem liberorum, quo pertinet *Ἡρακλῆς ὁ μαινόμενος* tragicorum, tum post Iphiti, v. scholl. Pind. Isthm. 4, 104 et Heynium ad Apollod. p. 139. Mihi, cui non una de caussa Herculis cum Margite consortium displicet, quid tamen nominis lateat non liquet: *η* possit *ἡ* esse, nomen autem *ρ* litteram in fronte habuisse. Quanquam ne de *ρ* quidem exploratum est fueritne in codice, cum pertenuis ductus supersit. Quid si *Αἴας* fuerit? Certe spatiolum versus huic potius quam Herculi favet.

26, 1 *Ἀλλ' οἶμαι κτλ.*] Horum plane gemina sunt in orat. Euxenippea col. 41 p. 14.

26, 3 *διὰ τὸ ἀκίνδυνον αὐτοῖς εἶναι τὸν ἀγῶνα*] Pollux 8, 52 *ὅτι ὁ εἰσαγγείλας καὶ οὐχ ἑλὼν*

ἀζήμιος ἦν Ὑπερείδης ἐν τῷ ὑπὲρ Λυκόφρονος φησίν, cfr. p. 27, 18 et prooemium.

26, 6 τῶν πεπραγμένων] opposita τὰ πεπραγμένα illis quae καταψεύδονται οἱ κατήγοροι. Sed fortasse τὰ πεπραγμένα simul complectuntur ea quae quis ad defensionem sui commentatus est et meditatus, antequam in iudicium venit.

26, 14 ἀπολελεῖφθαι] Quod Babingto posuerat ἀπολελῆσθαι non videbatur mihi locum habere posse. Nam ut fuerit aliquando in usu ἀπολανθάνεσθαι, quod quam sit dubium patebit Schaeferi notam ad Longi Pastorall. 3, 7 p. 266 Seiler. inspicientibus, qui paullo ante ἐπιλανθάνονται dixerat, idem h. l. repetiturus erat, si sententia exigeret. Ego vero nunc non hoc dici credo, eum qui περὶ τῶν ἔξωθεν διαβολῶν ἀπολογεῖται oblivisci eorum quae ad rem pertineant, — nam supra timor recordationi oberat — sed dum in illis moratur diutius, excludi a diluendis illis in quibus cardo rei vertatur. Igitur ut dicitur ἀπολείπεσθαι et λείπεσθαι τῶν καιρῶν et τῶν πραγμάτων simm., ita h. l. τῆς ἀπολογίας, quae quasi elabitur et dicentem post se relinquit. Alias ἐκκρουσθῆναι τινός similiter dicitur. Vis denique quae insit in infinitivo perfecti facile persentiscitur.

26, 15 οἴησιν] cur maluerim quam οἴημα reficere non erit obscurum. Sed ne quis papyrum illud flagitare arbitretur, ultimae litterae tenue quoddam vestigium restat, quod ne a ν quidem recedit.

26, 19 οἷον καὶ αὐτὸς οὑτοσὶ κτλ.] Babingto quae in Addendis proposuit supplementa, in imo margine nostro perscripta, ita reddit: „and this is the very feeling which Lycurgus displays towards me in his accusation, and is not for permitting any of the advocates on my side to defend me if they claim to speak, for if they do, he vows that he will be the ruin of them.“ Comparat quae sunt orat. Euxenipp. col. 25. 26. 27, sed verba se

non praestare addit. Satis habeo admonere, litteras ενεχει luculenter prodere fuisse verbi ἐγχειρεῖν aliquam formam usurpatam, credo ἐνεχείρησε, quod sententiae convenit. Reliqua intacta relinquere satius videtur quam incertis coniecturis ludere, cum vaticinari nesciam. Nisi quod in απο verbi ἀποκρίνεσθαι aliquam flexionem, fortasse ἀποκρινάσθω, delitescere ut statuamus suadent quae sequuntur.

27, 1 πότερ' οὐ ....] Babingtonis coniectura πότερ' οὐκ ἔξεστι vel eo nomine laborat, quod spatium certo plurium litterarum capax fuit. Nec mens scriptoris ea esse potuit, ut quaereret, liceretne periclitanti amico auxilio esse, sed utrum mos civitatis non bonus, an potius optimus esset. Ergo πότερ' οὐ κάλλιστον vel δημοτικόν ἐστι vel tale quid reponas licet.

27, 3 τούτου] De codicis vitio dixi supra ad p. 6, 21. Ceterum cfr. frgm. Harris. IX et XVII.

27, 8 [ἀκούειν] κελεύειν] Non dubitavi verbum ἀκούειν cancellis circumscribere, cum aperte abundet, sive illud ex dittographia archetypi natum est sive ex similium locorum praepostera recordatione irrepsit per casum.

27, 13 καὶ ἐμὲ μὲν αἰτιᾷ κτλ.] Pulchre sensit Babingto respondere Hyperiden ad ea quae ex Lycurgea oratione servavit Suidas s. v. μοχθηρία· Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος· „Οὐ γὰρ ὅσιον τὸν τοὺς γεγραμμένους νόμους, δι' ὧν ἡ δημοκρατία σώζεται, παραβαίνοντα, ἑτέρων δὲ μοχθηρῶν ἐξηγητὴν ἐθῶν καὶ νομοθέτην γενόμενον ἀτιμώρητον ἀφεῖναι", v. Sauppii frgmm. 70 p. 269ᵃ.

27, 15 ὑπερπηδήσας πάντας τοὺς νόμους] Exempla prorsus similia ex Demosthene et Aeschine habet Weberus ad orat. Aristocrat. 73 p. 276.

27, 18 ἀκίνδυνος] cfr. supra p. 58 sq.

27, 19 τραγῳδίας ....] „The sense appears to

be as follows: „Ought she not to have married a respectable citizen, as soon as an opportunity occurred? and such an one did immediately occur, after she had received a suitable portion from Euphemus, who clearly acted from kindness to her, not from any collusion with me.“ Euphemus, we may suppose, was accused by Lycurgus of being a mere cover for Lycophron, in order to enable him to accomplish his purposes.“ Idem probabiliter huc revocat dictum Lycurgi apud Stobaeum Floril. 68, 35 de Meieri Sauppiique coniectura orationi contra Lycophronem ascriptum: ὅταν γυνὴ ὁμονοίας τῆς πρὸς ἄνδρα στερηθῇ, ἀβίωτος ὁ καταλειπόμενος γίγνεται βίος. — In Addendis Babingto alia molitur: „If ἐξιῆς be right,“ it must of course be referred to ἐξίημι, nor can the MS easily have had any other word, except possibly ἐξεμῆς. Can the scribe have accidentally written ἐξιῆς for διεξίῃς? The sense was perhaps as follows: „and that you may lay to my charge that I have been the guilty cause of this widow's remaining henceforth all her life long unmarried, as she ought not to be, according to the spirit of our laws,“ viz. because it is impossible that Charippus can continue to live with her on the supposition of my guilt. The scope of Lycophron's reply seems to be as follows: „You are more justly amenable to this charge than I am: unless she received a portion and married she must of course have remained a widow at home all her life long: and you falsely pretend that Euphemus had a sinister motive in giving her a portion, and that there are reasons why, after being betrothed tho Charippus, she cannot live with him.“ It is very difficult to divine in what the πονηρία of Euphemus was alleged to consist, whether in some sort of collusion with Lycophron or in some other particular. Can it possibly have any connexion with the will mentioned in fr. 17 of Mr. Harris' papyrus?“ — Haec ille.

κεφαλὴν σπεύδειν, ὡς Ὑπερείδης, h. e. praecipitare. Et sic Demosthenes c. Phaenipp. 1042, 11 *μὴ εὐθὺς ἐπὶ κεφαλὴν πρὸς τὸ δικαστήριον βαδίζειν*. Alias *κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀπελθεῖν*, praecipitem abire.

29, 18 *δημοσίᾳ*] Quod in codice perperam iteratum est *οὐδείς* delevi. Nunc tamen suspicio est praepropere egisse librarium cum induxit et *οὐδὲν* scribi debere.

29, 19 *Ἡφαιστία ... Μυρίνῃ*] Hae urbes Lemni in catalogis tributariis identidem recurrunt, v. Boeckh. Oecon. civ. Ath. II, 703.

29, 22 *ψευδεῖς αἱ αἰτίαι εἰσίν*] Verissime articulum adiecit Babingto. Compara p. 22, 18. Cum hoc ordine verborum *ψευδεῖς κατ' ἐμοῦ αἱ αἰτίαι* pro eo q. e. *αἱ κατ' ἐμοῦ αἰτίαι* cfr. supra p. 3, 18 et 12, 14. Ad sententiam plane convenit Aeschines F. Leg. 23 p. 209 *ἡμεῖς δὲ Ἀθήνησι μὲν ἦμεν ἄξιοι τῆς ὑμετέρας πίστεως, οὐ γὰρ ἄν ποτε ἡμᾶς εἵλεσθε, ἐλθόντες δ' εἰς Μακεδονίαν ἐξαίφνης ἐγενόμεθα προδόται.*

30, 3 *οὐκ ἀπείρως ἔχων τοῦ λέγειν*] Cfr. orat. Euxenipp. p. 7, 10.

30, 9 *ἰδιώτῃ*] Cfr. ad orat. Euxenipp. p. 6, 6.

30, 13 *ἐν τῇ πατρίδι ταφῆναι*] Cfr. orat. Euxenipp. p. 9, 22.

PARALIPOMENON

ad p. 7, 4. Num ad eundem Alexandrum pertinet Steph. Byz. s. v. *Οἶον· ἐξ Οἴου* „*Ἄλεξις Ἀλέξιδος ἐξ Οἴου Λεοντίδος*"? Meinekio exemplum ex Crateri psephismatis ductum videtur. In quo cum codd. RV pro *Ἄλεξις* habeant *Ἀλεξ*, coniicio restituendum *Ἀλέξανδρος Ἀλέξιδος*.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Cum nunc demum textum cum tabulis lapide expressis constanter conferre potuerim, h. l. quae omissa sunt in notatione critica accuratissime supplebo, peccata corrigam.

p. 3, 16 *δικαστηέριον* 18 *τουτοησαν*, sed *υ* deletur super *ο* scripto *ε*, ut librarius voluerit quod ego scripsi, *τότε*.

4, 3 *μισθο|τες* (*υν* supra) 7 *τω εισαγγ.* 13 *τη κατηγορια* 15 *τωεισαγγελτικωνομωι* 20 *οπως* clare codex, non *ὅτι ὡς*. 24 *τη πολει*, ut *paene* ubique.

5, 1 *γραφαι* 3 Ne quis *ἐπὶ τούτῳ κάθηται* corrigat cavebit Bernhardy Synt. p. 247. Praetor non in eum finem sedet, sed huic muneri praefectus est. 4 *εντη* 12 *καταλυθη* Ergo praesens voluit, verissime, cfr. p. 27, 14 et ad p. 4, 17, ubi servandum *καταλύῃ* et scribendum *προδιδῷ* apud Photium. Restitue *καταλύῃ*. 16 *συνίῃ ποι ἐπὶ καταλύσει*] Demosthenes Timocr. 144 p. 745 *νόμος* est: *οὐδὲ δήσω Ἀθηναίων οὐδένα, ὃς ἂν ἐγγυητὰς τρεῖς καθιστῇ τὸ αὐτὸ τέλος τελοῦντας, πλὴν ἐάν τις ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς πόλεως ἢ ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου συνιὼν ἁλῷ.* Et ne cui *πον*, quod pr. A habet, placeat, cfr. Demosth. cor. 137 p. 172 *Αἰσχίνης Ἀναξίνῳ τῷ κατασκόπῳ συνιὼν εἰς τὴν Θράσωνος οἰκίαν ἐλήφθη.*

6, 1 *εστιν*, quod restitue. 19 *αυτω*.

7, 6 *και εγωι* 17 *οληπολει* 18 *ευξενιππωι*

8, 10 *αδικια*| *pr. A*, *αδικει|α corr.* 14. *εχρην σε*. Lapsu calami mei voces inversae sunt.

9, 4 *πεντηι|κοντα* Nescio quomodo tabularum Heracleensium in tempore non recordatus sum, ex quibus omnium maxime de significatu v. *ὁρίζειν* muneribusque *τῶν ὁριστῶν* — ibi quinque sunt — constat, cfr. Boeckh. ad C. Inscrr. III, 3 p. 705 et Hermann. ad Soph. Trach. 237. 6 *ενταυτω* 7 *οκτωι|φυλας* 14 *αποδωσουσιν* (quod restitue) *και προσαποτισουσι* (sic aperte) 22. *εν τηι αττικη δει τεταφθαι|ναι*. Litterae *θαι* ultra spatium versus excurrunt. Librarius cum pro *ταφ* — (*ῆναι*) errore *τεταφ* — scripsisset, *η* omisit et, quanquam *ναι* retinebat, *τετάφθαι* de coniectura posuit.

10, 1 *εποιησεν*. Recte. 3 *εαυτω* 6 *αυτω* 7 *καιτω* 18 *δειξης*

11, 1 *αυτω* 3 *ηδεις* 16 *καιτοι ει ουν ειχεσ* in fine columnae 34, sed ( ), tum initio col. 35 *καιτοιειουνειχεσ* (*ν* supra) 18 *εποιησωι* 22 *δωδωνη* 25 *εγκληματα* et *εγκαλουσαν*, quae restitue. Me Babingtonis quaedam vox de his scripturis seduxit, ut ubique in codice extare opinarer. Quod secus est.

12, 4 *πολυτεληι* 8 *εγκληματα* Restitue. 9 *εν η* 14 *τραγωδιας* — Recte post *ἐῶμεν* comma retrahit A. Schaeferus. 17 *ενδωδωνη* 19 *δοκεισ* 21 *προηρησθαι pr. A*

13, 5 *τη πολιτεια* 8 debebam fortasse *Ἀζηνιέα*, v. Polemonis frgmm. Prelleri p. 106. 9 *εν τηι πολιτεια* 13 *τηι πολιτεια* 14 *ὑπὲρ ὧν Φιλίππῳ ὑπηρέ|τει καὶ κατὰ τῆς πόλεως*] Malit quis *καὶ* abesse. Nisi forte amplificandae rei gratia positum

est. Peccavit Philocrates eo, quod inserviebat Philippo idque ille faciebat in detrimentum civitatis. — Nunc tamen libenter amplector G. F. Schoemanni sententiam per litteras mecum communicatam, cui ὑπηρετήκει verum videtur. Codex aperte υπηρε|τειχαι. Sed perfectum ὑπηρέτηκε etiam verius credo, cum αι et ε saepe, αι et ει perraro confundantur. Id ergo repositum velim. 22 τωδημωι

14, 2 ωμην 5 εντη 17 εντωλογωι ibid. οσουω|ου 19 εντωλογω

15, 1 sqq. Locus intricatior necdum recte restitutus. In tabula haec comparent: καιπο|τε ... αδικειυμασοκρι|ν .. ενοσηουκα| κ ... μοιδοκειστι|δ .. αιωπολυευκτε | .... καιοιταυταγι | ..... αντεσοτιου| ...... στιν ου|δ .... εντηιοικου | Viam emendationis monstravit Schoemannus, cui sententia haec fere postulare visa est: καὶ πότερος ἀδικεῖ ὑμῶν, ὁ [νῦν] κρινόμενος ἢ σύ, κακῶς ἐμοὶ δοκεῖς εἰδέναι, ὦ Πολύευκτε· ἀλλὰ δίκαιον (vel ἦν δὲ δίκαιον) ταῦτα γινώσκειν σὲ τῷ δήμῳ (vel τῇ πόλει). οὐδὲν γάρ ἐστιν κτλ. Nunc papyro identidem consulto haec propono: Καὶ πότερος ἀδικεῖ ὑμᾶς, ὁ κρινόμενος ἢ σύ, κακῶς ἐμοὶ δοκεῖς εἰδέναι, ὦ Πολύευκτε· ἀλλ' οἱ δίκαιοι ταῦτα γινώσκουσι πάντες, ὅτι σύ· οὐδὲν γάρ ἐστιν οὐδαμοῦ κτλ. 4 οικουμενη 5 ουτεθεώνος, h. e. οὔτε ἔθνος. 11 υπισχονουμενου 14 Non recte testatur B de A, in quo non νεσθαι, sed οεσθαι conspicitur. Nihil igitur erat de futuro ἀκούσεσθαι, sed scripsit librarius πρ]οεσθαι, correxit πρ]οσεσθαι, idque unum verum, προςέσθαι. Schoemannus non viso papyro προσίεσθαι proponebat.

16, 8 τηιαυτηψηφω 9 εναοφαλεια 12 ἐνεργοῦνται non debebam propagare. Nam vel ultra spatium versus producitur. In papyro videor mihi legere ενεργοι >, addito eo ductu, quo non ita raro quod restat spatioli in fine versuum completur. Illud verum: εἰσίν, nisi excidit, abesse potest. Verbum proprium de iis quae exercentur, ut ἐνεργὸς γῆ dicitur: et cfr. Xenophontem de vectig. 4, 2 τὰ ἀργύρεια πάνυ παλαιὰ ἐνεργά ἐστιν. 17 πλειωι 22 τηοδοξης *pr. A, ut videtur*, O pro C.

17, 15 τωδημωιτω αθηναιων 16 ητιατο 22 τωιδημω 23 ευξενιππω

18, 7 δοκη 10 δειοθαιων

23, 20 ητιασαντο

24, 3 εγωι, ut videtur 10 ἐρῶ] Mihi non ρω, sed γω comparet. Redde igitur λέγω.

25 18 ἐλάμβανεν | γυναῖκα videtur in papyro extitisse, quod probum est.

26, 20 εντη

27, 14 εισαγγελια

28, 4 Χαριππω 8 τουτω

29, 18 ιδια et δημοσια 20 ενμυρρινη 23 ενλημνω

30, 10 αγωνιζομενω 12 εστιν, quod revocandum.

30, 16 corrige σύνειπε



FEB 20 1[illegible]
DUE APR 17 30
DUE A[illegible] 7 3[illegible]

Gh 69.25
Hyperidis orationes duae ex papyro
Widener Library 005368290



3 2044 085 134 096